



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Diss.

40

3578(1)

2432.

JURIS BELLICI

Delineatio brevissima

Q V A M

Regum Summo annuente,

Magnifico Juridicæ Facultatis in illustri
SALANA Ordine Imperante,

V I R O

AMPLISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO

Dn. JOHANNE SVEVIO, J. U. D.

*Professore publ. ac Scabinatus inibi nec non
Curia Provincialis Adscisse dignissimo.*

DUCE,

Pro summo in Utroq; Jure GRADU con-
sequendo publicè propugnabit

ELIAS Schröder CALBENSIS
SAXO,

Addiem 8. Octobr. in Auditorio Iustorum

ANNO 1614.



J E N Æ


Imprimebat HENRICUS Rauchmaul.

VIRIS
Magnificis, Amplissimis
ac Consultissimis,

Dn. JOSEPHO AVENARIO } J.U.D.
Dn. GABRIELI TINZELIO }
Dn. LUDOVICO GVIELMO MO-
SERO,

Serenissimi Electoris Saxonici à Consi-
liis & Secretis intimis,

*Promotoribus ac Fautoribus meis co-
lendiſſimis,*



Hanc inauguralem
Disputationem

offerò & dico

ELIAS Schröder.



Σὺν Θεῷ.


Honorificum esse de bello scribere, ait Godeschalc Steweck. ad lib. 2. Veget. c. 3. sed minus tutum Damhuder. in pr. crim. c. 82. n. 3. quare parum abest, quin in silentii casis me continem. Quia tamen hac tempestate omnes propemodum universa Europa anguli bellum crepare & minitari videntur, hanc abs re & instituto meo alienum duco, si presentem mundi statum ad animum revocem, brevissimisq; quid de bellico jure statuendum, disquisitioni placida subijcam; nil interim cuiquam prescripturus.

I.

Definitur bellum (a) publicorum (b) armorum justa contentio; (c) Estq; (d) vel defensivū (e) vel invasivum. (f)

(a) Bellum quidam dictum volunt per antiphrasin, quasi minimè bellum, quod sit omnium malorum, quamdiu graffatur, cumulus, sentina, lerna, P. Gregor. de Repub. lib. ii. c. 1. n. 5. Alii ex eo appellatum putant, quod sit bellum, i. e. bonum, siquidem ad pacem habendam comparatum sit, c. noli existimare 23. q. 1. & c. apud 32. q. 2. Alii ut Festus bellum vocem tractam ajunt, à beluā, quod beluarum sit mutuo lanatus se consicere. Caiiodorus lib. 1. c. 30. bellum nominari existimat à Belo, qui gladium ferreum primus invenisse ab eo scribitur, Godeschalc. Steweck. ad lib. 4. Veget. c. 8. Omniunt rectius illi, qui à Græcis nomen belli petitum adfirmant, quibus βέλος telum significat ἀντίβαλλειν, bellum enim telis geritur,

A



geritur, *Cic. pro Mure.* Vt pugnare res defensio, utique habet
Eanius. *Alber. Gentil. de juri bell. lib. 1. cap. 2. Bocer. de bell.*
cap. 3. num. 2. Francisc. Comarr. lib. 9. causam fur. criminis.

B u. i. (b) Publica armorum contentio sit oportet; neq; enim
bellum estrixia, pugna, inimicitia privatorum, *Varr. lib. 2.*
de ling. lat. Alciat. ad l. 234. de V. S. nec latronum & pirata-
rum, *l. 118. l. 24. de captiv.* & postlim. *Alber. d. loc. c.*

C (c) Quibus verbis excludimus omnes iniquas excusio-
nes, prædationes, & si quae similia, *lib. d. loc. c. 2. Minusita-*
que recte Bocer. lib. 1. c. 3. n. 3. bellum definitivum videtur quod
sit pugna duorum exercituum ritè prius indicta; nec enim
sufficit, bellum ritè fuisse indictum, nisi & justè, *Alb. lib. 2. c.*
7. Cum hac ratione Princeps inferior Principi. Comes Co-
miti, civitas civitati, clarigatione & diffidatione praenisi-
sā bellum indicere possit, quod est contrà d. l. 118. de V. S. &
l. 24. de captiv. l. 3. ad L. Jul. Majest. & Constit. pac. publ.
*Anno 1548. Ayala de juri. & offic. bell. lib. 1. c. 2. n. 7. Deinde inse-
ritur definitioni, q; eidem essentiale non est, nec n. in omni
bello diffidatio necessaria, *Alber. Gentil. lib. 2. c. 2. Ut* faciem
quod hæc indictio, sicut ritè facta ex affectu intentionis ar-
bitria &c. procedere queat contrà quam vult & quid sapienter.
& c. militare 23. q. 1. Gail. 2. obs. 57. n. 3. Ea hædemobratio non
etiam definitio Ottonis Frisingensis corruit, qui de suis bell-
um, quod ex dicto superioris potestatis geritur *lib. 2. n. 3.*
de reb. gest. Frider. prim. quemadmodum & illa Lipsii, defi-
nientis bellum vim & arma in Principem aut populum alienum,
*abundè enim ex hoc refutatur, quod etiam privato-
rum latrocumq; vim bellum facit, Alb. Gentil. d. lib. 1. c. 2.**

Q Hic antequā ad materiam belli plenius tractandam, manus
ad moveremus, quæri posset, num Christianis bellum bona
conscientiâ gerere liceat? Verū quia hæc quæstio hinc in-
de sufficientissimè excussa reperitur, eam missam facio, de
duello tribus verbis visurus, num iste conflictus sit permit-
tendus? Sanè hunc modum litium finiepdarum in Dania
Frontino Rege fuisse admissum, ejusq; usum à Longobardo-
rum populis in Italiam translatum & in Germania, Galliâ,
aliisq; regnis approbatum refert *Busius disp. polit. g. lib. 21. num.*
hodiè

Bellum in se omnis exhibetur in parte nos inclinamus eo-
rum, qui negotia sua stipulantur ob alias, tum ob hanc
ratio rem, quia certamen hoc subire non debet, quoties in-
justiam iudicio vindicare quis potest, laequissimum 17. § sed si in-
duta de usura, liquidum exponerunt de reb. credit. t. t. C. ne quis
infundatur, quo etiam collimatur aeterna memoriā dignissimus
Elector Augustus, p. Confite m. ubi Moller. Idem etiam apud
Tuscanos, ubi etiam estatur Busbequius tagat Turcic. Epist. 3 pag.
199. in Gallia, in monachiam, hoc aeo uita tam quidā ajunt,
sed non nisi ueniat a Regge, impetrata quod anteā Dn. de La
mouysse poterit ex dysc. 12 pag. 325. ubi simul addit id certa-
minis genuis Hispaniā multis modis puniri, aut enim di-
uisantes ad carcerem condemnantur, deportantur, in Bar-
bariam, enī in Ethiopib. pugnatū relegantur, publicis poe-
nis subjugantur, bona eorum confiscantur, aut pro qualitate
causis ultimo supplicio afficiuntur, pag. 322. Alii hac in
re distinctionem adhibendā censent, an congressuri nobiles
sunt nec ne; quicquid sit, aliquando maximā necessitatis causā
urgente monomachiam concedi posse, tradit Magnif. Dn. Dn.
adim Virg. Ring q. Sax. 59. n. 78. Vide etiā Bocer. lib. 2. ubi elegan-
ter. (d) Variis hic varias adserunt bellii species, veluti bellum D
publicum Romanum, bellum licitum, mercarium, judicia-
le, presumptuosum, temerarium, voluntarium, Br. in l. hostes
24. n. 9. & seqq. de captiv. & postlim. Gail. 1. de pac. publ. c. 4. n. 40.
Regim. b. Syriq. 1. feud. & comel. &. Alii bellum distinguunt in vici-
num & remotum, offensivum & defensivum, continuatum
& interrupsum, terrestre, vel navale, Schönber. lib. 6. c. 2. Sed quia
haec species, partim genericas sentiasse non sunt, neq; inter
seditamenta, partim etiam desumuntur ab accidentibus,
bellumq; vocant id, quod bellum non est, recte ab aliis &
Bacero. lib. 11. cap. 4. rejiciuntur, qui tamen alios erroris
arguens ipse errorem errat, dum putat, bellum rectius di-
stingui in hostile & civile, cum quo facit Lipsius 6. polit. c. 1. & 2.
cum interim scire debebat, q; membra dividentia soleant co-
sentire cū toto, & species participare de suo genere, civile a
bellum de diviso nihil participet; si enim est subditorum in

Principem, belli nomen non meretur, quippe quod non nisi à superiorē non recognoscēt, ut infra demonstrabitur, indicitur. Si Principis in subditos, jurisdictionis quam contemnunt, executio, non bellum dicitur, *l. qui restituere* 68. *de R. V. Covarr. in cap. peccatum. p. 2. relect. §. 9. num. 4.* & *§. 1. num. 3. Gail. 2. de PP. c. 17. num. 29.* bellum contra hos est, inquit Demosthenes, qui legibus nequeunt coerceri, judicia in cives redduntur, *Alb. Gentil. lib. 1. c. 3.* Si subditorum in subditos, civilis quādam vocatur dissensio, *l. si quis ingenuum.* *§. ult. de capt.* & *postlim.* nemo n. bellum nuncupabit, quōd à Münstero motum, & proximis annis ab austriacis rusticānis attentatum fuit, de quo *Jansonius in libro secundo mundi furiosi pag. 88.* & *lib. 3. pag. 148.* quapropter etiam, quod in bello licito alias insolitum, ad hos compescendos Imperator utitur mandatis avocatoriis, quibus si non pareatur, in pœnam banni aliasq; juris communis pœnas declarantur, *Gail. passim de pac. pub. Sixtin. lib. 2. c. 1. num. 21.* adhibet etiam, ut seditiones deprimat auxilium vicinorum Principum & præsidum provinciarum sive circulorum der. nechstgesessenen Kreis Obristen! *vid. Confit. Carol. de pac. pub. tit. von Mandaten des Cammergerichts wider die Friedbrecher.* & *Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. vñd ob sich. cum §. seq.* Commodius itaq; bellum ex causis impellentibus in defensivum & invasivum distingui posse autumamus.

E (e) Bellum non nisi ob causam justam suscipiendum, graviter monet Octavianus Cæsar; Id enim ferinum, nullā acceptā injuriā ad cædes & vastationes velle venire, piscium namq; est & ferarum se mutuò ut vorent *Alb. Gent. lib. 1. c. 7.* atq; hoc non tam bellum, quām latrocinium esse religiosus Romanorum Rex animadvertisit Pompilius. Et hinc olim non licebat Romæ arma movere, nisi caussam facialium, quos *εἰγνοδίας* appellat Dionysius, justam pronunciasset collegium *Coteraus de jur. milit. lib. 3. c. 23. Balthas. Ayal. de jur.* & *offic. bell. lib. 1. c. 1.* Et sanè magnam vim advictoriā obtinendam legitimam bellandi caussam conferre constat ex illo Propertii 4. *Eleg. 6.*

Frangit

Frangit & extollit vires in milite caussâ,
Quæ nisi justa subest, excutit arma pudor.

Putatur autem justa, quando pro defensione sui & suorum & rerum atque honorum conservatione geritur cap. 1. 23. q. 2. l. 3. §.
sum iugis de Vi & vi arm. l. 3. de Iust. & Jur. Guid. Pap. dec. 113.
& 191. & 434. Boer. decis. 178. Brunell. de homicid. p. 4. Gail. 1.
de pac. pub. c. 4. num. 40. & 2. obs. 57. num. 5. Bocer. lib. 1. cap. 6.
P. Gregor. de Rep. lib. 11. c. 1. per 10e. Si verò nocendi cupiditas,
rebellandi feritas, & si quæ alia bellum extorserint, tantum ab-
est ut dicatur legitimum, quin potius omni jure sit detestan-
dum c. quid culpatur 23. q. 1. Gail. d. obs. 57. num. 3. quare haut
immetit, reprobationis notam incurruunt illi, quos avari-
tia & ambitionis fervor ad cædes nefarias vocat & irritat, quo
nomine notatur Ninus à Justino lib. 1. M. Antonius quem am-
bitio contra Octavianum Flor. lib. 4. c. 4. Mithridates, quem con-
tra parentem, Valer. Max. lib. 9. cap. 11. Crassus quem contra
Parthos, Cyrus quem in Massagetas, Xerxes quem in Græcos,
*Annibal quem in Romanos, Alexander quem adversus totū or-
bem armavit, quod rectè exprobarunt eidē Scythæ, dicentes.*
*Si Dii habitum corporis tui, aviditati animi parem esse voluis-
sent, orbis te non caperet, alterā manu Orientem, alterā Occi-
dētē contingēs, Curt. lib. 9. Francisc. Patric. de inst. Reip.*
*lib. 9 tit. 1. Imò ne quidē propter fidei Christianæ propagatio-
nem & incrementum, Turcis, Judæis aut aliis nisi lacesſiri fue-
timus bellum inferendum L. Christianis 6. C. de pagan. c. disper.*
*23. q. 8. c. Iudeo ext. de Iude. c. de Iudeo c. qui sincera 45. dist. ne-
mo enim cogi potest, ut credat invitus, inquit sapientissimus*
Rex Theodosius apud Cassiodorum lib. 2. Epist. 28. Et nulla
est major Tyrannis, quam imperare velle conscientiis, dicente
optimo Imperatore Maximiliano II. Warem. de Erenb. de feder.
c. 2. num. 14. quod etiam Casimirum Palatinum Henrico III.
*Gallie Regi inculcasse legitur apud Richardū Dinoth. de bell. ci-
vil. Gall. relig. causa suscep. lib. 6. pag. 483. naturalis potestatis*
est teligio l. 2. de l. & l. per vim itaque ut trahatur, furiosum est.
Alb. Gent. lib. 1. cap. 9. Vid. Covarr. d. c. peccatum. §. 10. num. 1.
& 2. de Reg. Iur. in 6. Dn. de La nove disc. 4. Ayal. lib. 1. c. 2. n. 28.

Auct. dialog de potestate Reg. Ep. Philipp. & ord. & Mult. Comment.
de reg. & principat. adversus Machiav. lib. justicior. n. p. 296. Unde
Bellarmine ipse insignis & famosus alioqui Pontificius in scri-
proposito contra Venetos pag. 26. distinxit fidei cognitionem. Omnes
principes non posse Euthenicos barbaros oppugnare, si non
habet Imperia referente Kockermanni in curia. Philobolopis
diss. 33. th. 24. quicquid etiam blatorat auctoritas alle personae
Franciscus Burchardus & Johannes Genesius Sedecunda
quod in regno libro Romae excuso tuas iusti exhortationes bellum
grediendi concurrit, cuius meminit Thessal. lib. 14. ad fin. Aris
Burchard. Zicardi de princip. En ipso dignus praecepto. Non a re-
dominando debet quarti potest, an propter peccatum conformatum
commissari in fedelib. bellum inde condunca. Sed ut longius ex-
planatur instituti nostri ratio non patitur, vietnamque hac de-
re negat. Scriptor. 1. v. 1. lib. 2. illib. quæst. 24. Covarr. in d. cap.
peccatum. & 10. num. 4. Obrecho. p. 1. de princip. bell. th. 237. &
F. fayb. (7) Ut quando iniuriam illatam vindicamus, aut bona no-
stra ablatâ repetimus Lips. lib. 5. Polit. c. 4. quod cum grano la-
tino intelligendum, ne enim invasio licita, nisi spes in solis armis
relata. Lib. lib. 9. Nam si judicio quispiam se responsorum pro-
miserit, arma levanda sunt, quæcummodum Archidamum consuluisse
ex Tuohidide tradidit Schönborn Scalii. Et bello renunciandu, si
stande, quam bello medieina superest. Metz. 9. 12. p. 1. num. 4. n.
donec neutru in pace vivere, non debet princepsarma sumere
iniquidbat. Martians Caesar, mult. de rega. & princip. adversus
Machiav. lib. 3. theor. 1. pag. 292. Ut enim duo sunt genera de-
candi, unum per disputationem, alterum per vim; ita ad
hoc configendum nostris, si uti superiori lideo Alb. Genitil. lib.
1. cap. 3. Clanti. Cicerone lib. 3 cap. 29. Ayat. lib. 1. cap. 2. num. 2.
Sic enim arma & leges mutuo se sovenerent auxilio l. 1. de Justin.
Cicerone. Romani provocare prius solebant, ut verbis & judi-
cidi controversiae finitentur, non ad arma irotur. Et Neapolitanis,
Salmirens & alij idem locis leguntur, Franeus & Anglus
Reges orta dissensione Carolum IV. designarunt judicem,
de quibus & similibus eruditè differit Alb. Genitil. diss. loc.
prudens i.e. que princeps antequam ad arma, more veterum

ad eob.

ad colligendum venire Duges. & Cib. sens. a. adleg. 1. Sit prius
clarificans, hoc est res ipsa repositum. ministras Isp. de lib. 3.
cap. 4. Duges. lib. 3. de Repub. cap. 3. Tandem si omnia sententie
arbitris foecingat & signo dato manus cum ipsa confiterat,
Hinc. d. loc. num. 43.

II.

Indicit hoc Imperator ius majestatis
habens, (a) qui antequam perfectalem bel-
lum denuncias, (b) prouidet de bellico ap-
paratu esse debet. (c)

(a) De qua enim auctoritate privatrum habet est, ut concil. A-
vallianum in auctoritate valent. cap. 4. 23. quodlib. 1. Sed falsa principatus
potest non auctoritate recognitione bellum indicendi iure habet. Si quis
pacem vel bellum faceret sine publico latitu capital est, in-
quit Plaut. act. de lege Bonorum. de fund. Repub. cap. 23. C. Cap-
tivus. de auxiliis. Isp. lib. 2. cap. 20. Cum enim rite vi. se pollue-
tio ex auctoritate & ex i. principata auctoritate supremate, non nisi in
defensione iniuriarum, sive le suorum populi. Rom. p. 1. sustinatur
succurrit operari. argument. l. 2. & C. de lege. privati & principes
inferiores, cum ius luum apud superiorum per se qui possint ad
iudicium Martis de correre non debent. i. ex i. quod meritis rati-
on. lib. 2. C. de iude. Sacr. lib. 2. cap. 9. Pet. Hinc. p. 1. quodlib. 13.
num. 3. & i. legib. Aus. Quatuor. segib. 6. numer. 6. Danoru potest.
lib. 3. cap. 3. Alter. Genit. cap. 3. lib. 1. Ceter. de iure iuri. lib. 3.
cap. 2. Fons. Iuris. Zosimus in Historia de Imperio Romano. num. 120.
Ex cuius ad. armis & ritu procedere praeior patiatur, quos
sunt. posset componere iurisdictionis. Iuris. dict. 100. Unde
leges Romanae pro iurisdictione & non bella reputant, quod
non ab ipso populo Romano iudicium est. l. 118. de Verbor.
Signif. 2. de auxiliis & postum. Ex lex Julia cum majestatis
tenet, qui injussu principis bellum gerit l. 3. ad l. Int. majest.
Paul. 5. se sentent. 19. Gai. 1. de pac. pub. cap. 4. numer. 9. Obrecht.
diffini de bell. lib. 173. Ayal. lib. 1. cap. 2. numer. 7. Marta de
Iurisdictione.

Iurisdict. p. 1. c. 39. n. 4. et si cum utilitate fuerit suscep^{tum} ar-
gument. *l. desertorem. §. quis in bello de re milit. Marth. Steph. de*
Iurisdict. lib. 2. p. 1. memb. 2. numer. 53. Et hoc jus ita cohaerere
dicitur majestati, ut nullo modo ab ea divelli queat *c. ius milita-*
re dist. 1. l. un. C. ut arm. us. insc. princip. N. 105. in pr. Bocer. lib. 1.
c. 4. & 17. Paurmess. de jurisdict. c. 3. num. 21. Marth. Steph. c. 1.
m. 2. n. 50. Arnis de jur. majest. lib. 2. c. 5. n. 10. qui amplum con-
tentientium adducit catalogum. Hac etiam ratione permisum
non est principibus exteris sine autoritate Imperatoris in
Romano Imperio milites conscribere. *Abschied August. Anno*
82. §. Wenn aber der verdecktig & seq. P. Dennasius in jur.
Cam. tit. 190. n. 17. neque imperii statibus bellum gerere Ord. p.
2. tit. 15. nisi observarint formam in Constitutionibus Imperii
hinc inde expressam. Propter caussam non necessariam & periculu
subitum, quin injusli principis bellum suscipere possint, nul-
lus dubito argument. *l. si alius §. bellissime, quod vi aut clam, quid*
enim si Imperatoris copia haberi nequeat, res autem ita com-
parata sit, ut ulteriore moram absque Imperii incommodo
& l*äsione non patiatur?* utique sine Imperii consensu bellum
adversus hostem movere licebit. *Ayal. lib. 1. c. 2. n. 9.* Ubi enim
judicum copia haberti non potest, licet nobis ipsis jus dicere *l.*
aut prator. §. si debitorem, qua in fraud. credit. Göd. consil. 130. num.
26. Decian. lib. 12. pr. crim. c. 9. n. 3. quod etiam procedit, si Im-
perator quidam praestō est, ille tamen qui injuriam passus,
moratoriā & delusoriā procrastinatione circumducatur ac lacte-
tur, nam & tunc non expectato principis jussu arma sumenda.
Frider. Schenck. à Tautenb. in c. un. in pr. tit. hic finitur lex. Idem
etiam adfirmandū de nobilitate libera freye Ritterschafft in
Schwaben/Francken/Reinlanden/ut & de collegiis, quæ in
Imperio conventione publica secundum aureæ bullæ prescri-
ptum tit. von zusammen Vorblöndnis/vel temporis immemo-
rialis præscriptione coaluerunt, qualis est societas foederis Sve-
vici, die Gesellschaft S. Georgen Schildes/Smalcaldici, Lan-
desburgensis, de quib. *Warens. de Erenb. de foeder. c. 2. nn. 39. &*
seqb. Alias quod dicti ptincipes, nobiles & collegia, jura confi-
nia, ut deleatum agere ausmusteri/ad arma convocare, auf-
mahnēn/jure territorii usurpare possint, notat *Andr. Knich. de*
jur.

Jur. territ. cap. 3. fol. 40. numer. 364. Hodiè Imperatori nostro
tanta non attribuitur potestas, cum per leges Imperii ipse
non solus, sed ordines etiam de bello inferendo statuant. *Heig.*
libr. 1. quest. 12. num. 29. Versatur hic in quæstione, utrum Q
principem ipsum bello interesse expediat? negant id multi,
quos à veritatis tramite non exorbitare arbitror, metuen-
dum siquidem est, ne seipsum cum maximo subditorum pe-
riculo in exitium & discrimen deducat, quod omnino futu-
rum, si pars altera superior, imò etiam si non: Sic periit Hen-
ricus VI. Angliae Rex cum se Lancastriæ factionis ducem ge-
retet; sic periit Mauritius Elector in confliktu Siverhusano,
sic alii plures, quorum mentio fit apud *Pet. Gregor. lib. 11. cap.*
4. selt. 5. Dana. 7. polit. 5. (b) Bella justè non minus, quam for- B
titer gerenda respondit Camillus teste *Liv. lib. 5.* neque enim
satis est, si suscipiantur justè, nisi justè gerantur *Alb. Gentil.*
libr. 2. cap. 1. justè autem geri non videntur nisi nunciata, ní-
si indicta *Cicer. 1. de offic. cap. 1. 23. quest. 2. l. 24. de captiv.*
L. 118. de Verbor. Significat. 7af. Bl. ad L. 5. de Inß. & Iur. quod
etiam lege divina sanctum invenimus *Denter. 20.* Iccircò olim
feciales quibus denunciatio sive diffidatio incumbebat, fue-
runt constituti *Warem. de Erenb. de fæder. cap. 3.* Prisci enim
volebant, ut antequam hostiliter agamus, amicitiæ vel com-
muni illi, quæ inter homines est, renunciemus omnino prius. Et
quemadmodù in lite inermâ prius in jus vocamus & petimus id
quod nobis debetur; sic pari modo petitio & denunciatio præ-
cedere debet, quam ut ad martis tribunal pedem moveamus.
Alb. d. loc. confer. Hillig. p. 2. Don. Encl. lib. 24. c. 1. lit. b. in not.
omnia prius experiri verbis quam armis sapientem decet. *To-*
rent. 4. Enn. 7. Ut tandem quæ verbis componi non possint,
armis decernantur. Et hæc indicatio tanquam justissima olim
sanctè fuit observata *Polyb. lib. 13. Lactant. lib. 6. c. 9.* Et etiam
num hodiè, præsertim quando bellum inferendum, obser-
vanda, *Guido Pap. dec. 191. & 437.* nisi quis illud Schyticilegati
ad Alexandrum M. audire velit, Tu qu' te gloriaris ad latrones
persequendos venire, omnium gentium, quas adiisti latro es. is
nim. pleraque bella non indicebat prius, sed subito milite infe-
rebat, *Ranzov. comm. bell. lib. 1. cap. 5.* Clarigationum modi &
B ricus

ritus qui fuerint, legi possunt apud Boicer. de *jur. bell.* lib. 1. cap. 3. *Lev.* lib. 1. dec. 1. *Curt.* lib. 2. *Godesch.* *SeWech.* ad lib. 1. *Veget.* cap. 6. *Halicarnass.* *Gell.* & alios, quorum meminit *Schönborni*. lib. 6 cap. 10. Et quod per puerum clarigationum literæ Absago oder Frindberste mitti soleant, & quæ earum requisita, apud **C** *Scidenum* lib. 17. & *Thuanum* lib. 2. & 11. (c) Frustrâ bellum cogitat, quam ejus gerendi nervus deficit. Sapientis proinde est principis in tempore de præparatoriis esse sollicitum, *Christoph. Milesius* lib. 2. pag. 160. exemplo *Philippi Macedonis*, qui debellaratus Persas totum biennium in apparatu fuit occupatissimus *Dn. de La Nove dicit.* 22. pag. 530. Imò etiam si nullum bellum gliscere videat, nihilq; mali futurum speret, nihilominus tamen nunquam se armis vacuum aliisque præsidiis denudatum patiatur, semper sit cautus & ad omnia mala, quæ ad se incusare possunt, depellenda paratissimus *Joan. Baptista Lencus ob. politie.* 159 multa enim & potentissima regna, pace & otio constituto innopinatis ruinis concidisse, vites atque opes simul amississe historiæ ubique produnt *Jacob. Middendorp. quest.* 5. pag. 97. *Vincent. Castellan.* de offic. Regis lib. 2. cap. 44.

III.

Consistit autem potissimum in cura (a) subditorum exercendorum pecunia, (b) commeatus, (c) armorum ductilium & vectilium comparandorum. (d)

A (a) *I. militis. C. de remilit. lib. 12. I. 1. de milit. restam.* Nam ut *Vegetus* lib. 2. cap. 13. ait, in pugna amplius prodest usus, quam vires, cui usui, inquit *Liphius* s. *polite.* s. quamvis magna equitum peditumque multitudo, si ignava, imperita & tantum multitudo? non tam multitudo & indocta virtus, quam exercitatio solet præstare victoriam *Middendorp. dict. quest.* 5. pag. 105. *auctor dolij diggenis* quippe quæ corpus reddit robustum & striculum & nutrit animum, qui nescit timere sudorem *Senec. ad Lucill.* nemo facere metuit, quod se benè didicisse confidit,

confidit, *Veget. lib. 1. de re milit.* Et hinc Imperator Justinian. duces jubebat, ut semper milites ad exercitationem armorum tenerent l. in nomine Domini. §. 9. de offic. prefec. prætor. l. milites. C. de locat. & d. l. milites. C. de re milit. *Bocer. lib. 1. cap. 8. numer. 30.* Eo etiam consilio Romani pacis tempore suas habebant militias armatas l. 5. §. 1. de re milit. in quibus subditi quotidiana armorum tractatione ad bella se præparabant; armabantur & alebantur à Repub. l. 15. C. de re milit. *Francisc. Patric. lib. 9. de Repub. c. 4.* In Hispania etiamnum milites novitii ab aliis instituuntur & exercentur, *Dn. de La nove disc. 13. pag. 338.* quare non improbandum, sed maximè laudandum, si nostros Principes suos subditos ad arma adfvescant, quod fit eos exercendo ad militarem vel planum gradum, ad cursum, ad saltum ad natandi usum, ad missilia jacienda, equos ascendendos, onus portandum &c. *Obrecks. de re milit. tb. 1177. & seqb.* Non solum autem in eo laboret subditus, ut arma dirigere, iisque imperare, sed cum primis ut sibi possit; majus enim est animo suo imperare quam præpollentem hostium urbent expugnare, dicente Agesilao Lacedæmoniorum Rege & Salomone *Proverb. 16.* delitias ergò fugiat, juxta illud,

Nil valet in bello qui vivit delitiosè,

Cassan. in Catalog. glor. mund. p. 9. confid. 31. Veneri repudium mittat, ut in castris castè vivat; nam ut canit Poeta in *Georg.*

— non ulla magis vites industria firmat

Quam Venerem & cæci stimulos avertere amoris.

Affectibus suis dominetur, ut præcepto ducis obtemperate possit, c. quid culpatur in fin. cum c. seq. 23. quæst. 1. *Augerius Gislenius à Bimbequio consil. de re milit.* contra Turcam in fin. nonnihil somno detrahere discat, ut præterea excubiis sibi ordinatis evigilare queat, *Cassan. d. loc. confid. 36.* mollitatem animi & timiditatem abjecere studeat l. tam collaterales in prin. C. de re milit. l. fortissimi. C. de erogat. milit. annon. lib. 12. ne simili pavore commilitones involvat *Deniceronom. 20.* aut periculum, quod illi, qui maximè timent, subeat, *Salust. in Caſtili.* Aliis insuper virtutibus, de quib. *Cassan. & Cepoll. in suo tr. de Imperat. milit. eligend. det operā.* Antè omnia v. ei id incumbat, ne ab his,

quæ usus & exercitatione didicit, discedat: nec enim meretur dici athleta qui non vicit. *L. un. C. de Athlet. lib. 10.* Et unica hæc est virtus, quæ milites coronat, benè agere parū prodest, si mens labilis existat. *Cassan. confid. 42.* Cymbrorum milites se non reputabant felices, nisi morerentur in bello. *Vall. lib. 2. de inst. ne-*
quæ leges eos militari privilegio donari volunt, qui animum de-
spondent & turpiter se dedunt hostibus, etiam armis viati. *4. postliminio carent 17. de captiv. & postlim.* Semper aures vellicare debet illud Ciceronis qui pro Repub. vitam reddiderunt, numquam me herclè eos mortem potius, quam immortalitatem assecutos putavi, in Planciana. Et illud Imperatoris, qui in acie pro Repub. ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere dicuntur.
S. 1. inst. de excusar. tut. nihil honestius & glotiosius esse putent,
quam animam efflare eo in certamine, in quo de penatibus agitur, *P. Bizarri lib. 3. de bello Cyprio pag. 249.* brevibus, videat Dux prudens, ut milites habeat, non nomina, nec turbam alat, sed exercitum *Keckerman. curs. Philologop. disp. 35. quest. 8. circa fin.*

B (b) Hunc belli nervum esse politicorum saniorum, omniumque ferè ducum suffragia attestantur. *Warem. ab Erenberg de fœder. cap. 1. numer. 66. Scipio Ammirat. disc. 9. lib. 18. in Cornel. Tacit.* non belli modò sed Imperii nervos esse pecunias, exclamat *Mucianus apud Dio. in Vespas.* Et Leo Imperator *N. 149. c. 2.* pecuniarum vim Rempub. stabilire ait, ut non frustrâ Philippo Macedoni oraculum dixerit, hastis pugna argenteis, atque omnia vinces. Undè liquet, quam insulsū sit Machiavelli *Kevicōzov.* pecuniam non esse nervum belli *2. diff. cap. 10.* quem sequitur *Achilles Tarduccius in disc. de Turca vincendo p. 2. Cozeranus lib. 2. proem. de prsulg. milit.* Sanè, quamvis libenter fateamur, militum virtutem primariam & præcipuam victoriæ caussam, atquæ adeò cor belli, aut si mavis pédes manusvè esse, negare tamen non possumus, ut quemadmodum sine nervis nec progredi nec quicquam facere possumus; sic nec militates istæ manus hostem corripere, sine his pecuniæ nervis, *Vid. omni-*
nō Keckerman. dict. loc. quest. 11. Girolan. Trachett. libr. 2. in-
princip. Hanc ut principes congerere possint, instituendæ col-
lectæ, l 1. 9. 20. de quest. N. 149 cap. 2. P. Gregor. de Repub. cap.
2. Aib. Geysil. lib. 3. cap. 4. nam neque quies gentium sine
armis,

armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi possunt, *Tacit.* & *biflor.* Hæc ornamenta pacis sunt, & belli subsidia, *Cic. pro Milon.* Sed num à vasallo ad **Q** servitia ordinaria obligato exigi possint, quæstionis est dubia? Et magis est, ut in affirmativam inclinemus partem; posse enim immunitatem habentem, ob supervenientem casum insolitura & necessitatem improvisam collectari, tradit *Gail. 2. obs. 52. n. 26. Cacheran. dec. 39. Mynsing. cent. 4. obs. 70. Francisc. Marc. dec. 458. Tessaur. dec. 134. nu. 10. Schrader. de feud. p. 10 seqq. 1. num. 130 Hieron. Laur. dec. 150. n. 4.* Idq; non modò in Camerâ & de consuetudine Germaniæ observatur *Mynsing. d. loc. sed etiam ex Imperii recessibus de anno 1495. in pr. anno 1542. §. vnd nemlich sollen alle. anno 1576. §. vnd nach dem diese. & ad 1582. §. vnd nach dem sollen die Unterhanen & seq. an. 1594 §. demnach sollen die Unterhanen. expressè evincitur Heig. p. i. quæst. 18. n. 26. & seqq.* Hinc politicorum vox, extraordinario tempore, & extremâ necessitate urgente, nullus omnino poterit esse liber, cum privilegia omnia necessitate frangantur, *Keckerman. d. loc. disp. 34. q. ii. ne qui-dem clerici Gail. 2. obs. 32. n. 7. Surd. decis. 275. imò nec Ecclesia, quod multis comprobat Gilk. adl. 10. n. 1. & seqq. C. de SS. Eccl. Pacianus consil. 7. n. 1. & seqq.* ubi hoc solerter discutit. Hac occasione quæritur, num Imperatori, vi supremæ jurisdictionis fas sit, immunitatem à Collectis Turciis pro placito petenti indulgere? quod negandum puto. nam harum remissio, universo præjudicat Imperio, in cuius præjudicium privilegia concedenda sunt, *Men. 2. presump. 10. nu. 48. Gail. 2. obs. 56. n. 1. & seqq. Vasq. 1. controv. 1. n. 7.* nec ulla patitur juris ratio, alteri suum ut auferatur jus, *arg. l. meminerint. C. unde vs. Men. c. 7. n. 71. & seqq.* Etiamsi clausulis utatur, non obstante, ex certâ Scientiâ, proprio motu, de plenitudine potestatis, *Ant. Fab. C. lib. 1. tit. 2. defin. 22.* quod n. sine istis clausulis justè facere nequit, iisdem adjectis iniquum esse non desinet, *Pinell. in rubr. p. i. c. 2. nu. 20. & seqq. ad l. 2. C. de rescind. vendit. Dauth. de testam. in explic. l. ex imperfetto 3. C. de testam. n. 1. in addit.* nisi justissimis ex caussis id fecisse probetur. *l. fin. C. si contra jus vel utilit. publ. Car.*

Tap. ad rubr. de confit. princip. c. 4. n. 31. Schönborn. lib. 5. c. 12.

*Thom. Mich. de juri dicit. conclus. 26. Non inconvenienter hic
controvertitur, an Principi per negotiationem suum æra-*

Qrium augere liceat? ad negantium aseclas non invitus cum Bornitio *de erarii redditib. lib. 2. c. 2. transo*, nisi ærarii tenuitas id efflagitet, tum enim mercaturam à Principis dignitate non alienam esse cum *Lalio Zecbio lib. 2. in Princepe c. 2. adsero*. Et cur quæso eidem non concedendum, quod hodiè Ordines Belgici, quod Veneti, quod Genuenses, quod Rex Hispaniæ multis viis tentant, *Paul. Busius de Rep. lib. 3. c. 1.* Ad eundem etiam modum potest Princeps jus vendendis salis, ut Reges Galliæ, *M. Freber. de monet. p. 48.* Lupuli, ut Senatus Uralislavienſis, coquendæ cerevisiæ, ut in Bohemia Dni. pannorum exoticorum & sericorum texturam, officinas cù- pri, ferri, vitrorum aut aliarum rerum sibi reservare; quid n. non necessitas? ingens telum, quæ legem non habet, *I. i. & ibi Dd. de offic. consul. ex illicito licitum facit, c. remissionem i. q. 1. l. qui potuerit de manu. testam. latè Coler. de alim. lib. 2. c. 7. n. 42. & 43. Warem. ab Erenberg. de subsid. regn. Insimulq; potest, imò debet, ut mendicī validi & otiosi ad laborem compellantur, prodigi coercentur, mali & morigeri filii do- mitentur, carceres publicos, Zucht oder Spinheuser extuere, & sic ex inclusorum operibus fisco consulere, quod in Belgio & aliis locis observatum scimus, *Bornit. a. lib. 2. c. 1.* qua ratione adornare non prohibetur vectigal persone, q; extrane⁹ in primo ingressu terre sive provinciæ alicui⁹ solvit, uti in Anglia & in Italia Mantua solvi solet vor die extraniteter Reisenden zu Ross vnd Fuß, item instituere montem pietatis, fortunæ ollam Glückstopff, ut hodiè Hamburgenses, de quibus omnibus omnino consulendus*

C *Bornit. in suis de erarii redditibus libris.* (c) Sine ferro enim vincitur, qui frumentum necessariaq; non preparat, *Veget. lib. 3. c. 26.* hoc unum & maximum sit consilium, ut tibi sufficiat victus, hostes frangat inopia, *Idem cap. 3.* annam ergo paret Princeps & tum maximè, cum abundat, neque vel difficultatem vel indigentiam expectet, *Coteraeus lib. 1. cap. 30.* istud consilium Cambyses dedisse fertur Cyro filio in Assyrios cum suo exercitu proficisciensi *Xenophon. lib. 1.*

lib. 1. in *Cyriada*. Francisc. Portic. lib. 9. t. 3. idem etiam Helvetii tempore Julii Cæsaris fecisse scribuntur apud Iulium Cæarem lib. 1. de bell. Gallic. num. 7. Et quid Electori Mauritio Augustam Vindelicorum Ullmamq; tradidit? quid Antverpiam Hispanis & alia vice Duci Parmensi? nil nisi annonæ caritas. Quinimò commeatu deficiente exercitus ad desperationem ductus, audendi in provinciales & vexandi proprios impunitatem libertatem & transfugendi ad hostes proditis Ducibus, occasionem consequitur, sæpiissimè etiam annonæ penuriam ob res victui noxias in necessitate commestas tetrostima subsequitur pestilentia, & alia id genus mala, P. Gregor. de Repub. lib. 11. c. 3. n. 13. & 14. Ut autem omnia probè curentur exactores designandi sunt & erogatores, penes quos singularis sit & exigendi & eum parcitatem dispensandi industria P. Greg. loc. alleg. & lib. 19. syntagm. c. 6. Coter. lib. 1. c. 31. & 32. Observent ii, si lubet, distributionis modum Philippi Hispaniarum Regis in Belgia usitatum, de quo Ranzov. lib. 1. c. 9. Hanc annonam exercitu missam emere nemo potest; comparans si honestioris fortunæ, confiscatione bonorum multatur, si abiectioris capitali adficitur suppicio, P. Greg. d. lib. 19. c. 6 n. 5. Georg. Acac. Enenkel. lib. 2. de privil. milit. privil. 34. n. 3. (d) Nemo n. D sine armis vel repellit hostem vel resistit invadentib. Coter. lib. 3. c. 25. adeò hæc sunt necessaria, ut quemadmodū apis amissio aculeo, aper dente, taurus cornu torpet, ita miles sine illis, Ranz. lib. 1. c. 10. Unde solent Principes pacis tempore providentissimè suos habere fabricenses, qui arma, naves, machinas &c. operantur Nov. 85. quod sibi maximè curè fuisse traditur Demetrius, qui ex variis regionibus omnis generis fabres cōvocavit ad gladios, clypeos & machinas fabricandas, P. Greg. lib. 11. c. 3. Idem etiam nostrates decebit, magnâ copiâ sunt comparanda glandes, pulvis pyrius, bitumē, sulphur, pix liquida, oleum incendarium, Coteræus in lib. singul. de offic. Imperat. summatim armamentarium adsit instructissimum, quale Venetorum Arsenale esse dicitur Clapmar. de arcan. Imper. libro 2. cap. 6. abundet galeis, cassidibus, thoracibus seu loricis, gladiis, machæris, romphæis, hastis,

hastis, jaculis, sagittis, ballistis, arietibus, scorpis, bombardis &c. de quarum origine violentia & impetu multa ex variis historicorum monumentis decerpta, & cognitione tum jucunda tum utilia retulit Philippus Camer. operar. succisiv. cent. 2. c. 28. Guido Panciroll. rer. memorab. tit. 18. lib. 2. ubi Henric. Salmuth.

IV.

Subjectum recipiens est vel dux (a) vel milites; hi primò conscribendi, (b) perlustrandi (c) & recipiendi, (d) postea in certos ordines distribuendi, (e) iusq; ne quid, quod exercitum remorari possit, adsit, artifices & lixa adjungendi. (f)

A (a) Si bellum gerendum, imprimis certè videndum, quem exercitui præficiamus; tanti enim esse exercitum, quanti Imperatorem verè ait Ayal. de jur. & offic. lib. 2. c. 2. Hinc etiam Epicrates de re militari differens, dicit, exercitum esse quasi quoddam animal homini persimile, cuius caput sit Imperator, acies instructa pectus ac thorax, pedites, manus, equites autem pedes; Et sicut in corpore conturbato commotoq; capite, membra reliqua nullum officium præstare possunt; sic perturbato Imperatore seu duce, exercitus omnis fluctuet, periclitetur ac pereat necesse est. Ayal. d. loc. Idem innuit Epaminundas, dum inquit, exercitum siue duce esse bestiam sine capite. Caffan. p. 9. confid. 13. In eodem autem requiritur potissimum rei militaris scientia Ioan. Baptist. Lencus obf. polit. 54. quam callebit, si aliquot vicibus in acie fortunam habuerit se exercentem, item si varias gentium naturas peregrinando cognoverit, ut Hispanos, ad suitas irruptiones & hostem fugientem pronos, Italos ad occupandos muros paratos, Gallos & Belgas ad insidias & stratagemata aptos, Germanos ad sustinendos aperto Marte & campo hostium impetus solertes Sigismund. à Burchaus. de pere-

deperegrinat. Tum etiam si historiarum & veterum & récentiorum membranas summâ diligentia perlustraverit, & theoricam imperandi & regendi sibi comparaverit, *P. Greg. lib. 11. c. 4. n. 1.* *Vincent. Castell. lib. 1. de offic. Reg. c. 19.* crebram etenim historicorum evolutionem multum ad bella feliciter gerenda conferre, notius est quâm ut demonstrari possit, *Bocer. e. 8. lib. 1. n. 10.* Alphoñsus Rex prudentissimus gloria sclebat, se arma & armorum jura ex libris didicisse, & Florentinorum hostis Galeacius dicebat, plus sibi detrimenti afferre Collucii Pierii Oratoris epistolas, quâm mille equites auratas, *Warem. ab Erenberg. de fæder. c. 1. n. 115.* quo nomine etiam extollitur Gallia Rex Franciscus omnes majorum historias ad unguem edoctus *Cotera. lib. 2. c. 5.* Et hoc fuit quod veteres Minervam non tantum artium, verum etiam bellorum fingebant præsidem, *Joan. Lauterbach. de arm. & liter. n. 22, infin.* & seqq. ubi pulchrè, licet Ludovicus Vives existimet, bella in historiis accuratè non recensenda *lib. 5. de trädend. discipl.* in hac tamen re citra delectum, quid laude dignum, vix efficiet; nec n. quævis aniles fabulæ manib. terendæ, ut proindè rectius lectionem Amadis disuasisse, quam alii suassisse mihi videatur *Dn. de Lanove disc. 6.* Ante omnia verò pietati studeat, nihilq; nisi Dei Optimi Maximi, Imperatoris omnipotentis numine prius exorato, attentet, semperq; firmissimè credat, quod à Deo sit victoria, sapientia & claritas *3. Esdr. 4. v. 59.* Constantinus ob res gestas verè Magnus, contra Persas pugnatus semper secum habebat tabernaculum in castris, in quo divina siebant mysteria, *Middendorp. quest. Theolog. & Politic. 5. pag. 81.* *P. Gregor. lib. 11. c. 3. n. 1.* Certum est, inquit *Florus lib. 2. c. 6.* de Scipione loquens, ad profligandam provinciam maximè profeeisse singularem Duci sanctitatem. Gallos & Anglos, dum religionem coluerunt, gloriosos fuisse attestatur *Jacob. Meierius lib. 15. & 16. Annal. Flandr.* Et hanc ob caussam summis laudibus evehendi Christiani Principes, quando Sacerdotes doctos & pios in bellum secum abducunt, non itaq; audiendum *Joan. Baptif. Lencus qui observ. polit. 184. cum Sen. lib. 4. de benef. c. 37.* putat, non posse quemquam eodem tempore, &

bonum virum & bonum ducem agere. Ut paucis multis comprehendam, sit penes ipsum labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, consilium in providendo, felicitas in superando, de quibus omnibus latè *Ayal.* lib. 2. cap. 2. *Schönbörn.* lib. 6. cap. 11. *Cotereus* lib. 2. cap. 5. *Bocer.* lib. 1. cap. 8. num. 10. *Cassan.* d. p. 9. confid. 15. *Aeneas Sylv.* de *Constantinopol.* *Clad.* *Francisc.* *Patric.* de *Repub.* lib. 9. tit. 2.

B(b) Hic notandum, quinam conscribendi, quales & quomodo, facilè autem patebit, qui conscribi possint, si qui nequeunt, exponamus. Conscribi prohibentur Clerici; nemo n. ut inquit Apostolus, militans Deo implicare se debet negotiis secularibus ad *Timoth.* 3. & *Tit.* 1. *Confit.* *Elect.* *August.* *Eccles.* t. 16. Vom Eben vnd Wandel der Pfarrherrn/ nam male sonat Psalterium cum bombardis, quinimò opprobriosum est, se causarum secularium peritos ostendere, arg. l. placet 17. *C. de Episc. & Cler. c. cum ad verum. dif. 96 c. sacerdotib. infin. c. sed nec procurationes & t. t. extr. ne Clerici vel monachi secul. negot. se immis. c. 1. 2. & seqq. 21. q. 3. Thomas Mich. de jurisdict. concl. 4. & 5. Et taliter militans amittit gradum & fit irregularis c. cleric. c. statim 23. q. 8. adde Hieron. Laur. dec. 125. Legimus tamen, quod quondam militib. etiam Monachi & Episcopi fuerint Præfecti, sic Bisetislaum Pragens. Episcopum regnum Bohemorum ac Episcopatum 10. & 6. annis tenuisse, ac militari scientiâ prudenter ab hostium furore conservasse commemorat *Aen. Sylv.* c. 25. *histor. Bobem.* Et Paulum Tomoreum monachum Franciscanum Hungarorum copias contra Solymannum duxisse scribit *Paulus Jovius de reb. Turc.* Et nostro tempore etiam reperiuntur ordines Ecclesiastici, quibus militiae onus injungitur; In horum nostro primum sibi videntur locum equites seu milites D. Johannis, olim Rhodi, hodiè in Melite insula sedē hahentes, Teutonici seu Marianii in Borussiâ, milites S. Jacobi in Hispaniâ, Collatravenses in Lusitaniâ, seu Portugalia, D. Stephani à Cosmo Medice Principe Florentinorum an. 1569. instituti, & similes, de quibus *Cassan.* in *tr. de glor. mund.* p. 9. confid. 4. & seqq. *Enenk.* de *privileg. mil.* lib. 10. c. 6. n. 10. Ad hanc classem militare prohibitorū referuntur infames & servilis, abjecti; ingenii homines l. 4.*

§. adul-

§. adulteri. de re milit. l. 2. §. miles. de bâ qui not. infam. l. ab omni.
C. de re milit. Coter. lib. i. c. 11. similiter & ii, qui ad bestias dati vel
in insulam deportati sunt l. q. cum. §. ad bestias. de re mil. quem-
admodum & ille indignus judicatur militia, q. parentes suos
appellavit maleficos l. i. in fin. de obseq. lib. quiq; negotiationib,
implicari mavult l. milites. & l. fin. C. de Locat. Colonois ad ar-
ma ab aratro transferri non debere expeditum est, l. colonos,
19. C. de agric. & censit. lib. 11. l. fin. C. de mancip. ut col. patr. Sed Q
num viâ versâ veteranos ab armis ad aratum trahere liceat?
ne istud quidé, nam irreligiosum videtur, eos, qui castrensi-
bus stipendiis ocia quieta meruerût, tela sua in usum vome-
ris aut ligonis convertere d. l. fin. Coter. lib. i. c. 10. de membrq
mutilitatis, ut sunt testiculum unum habentes, mutis, surdis
&c. Vid. Ayal. sep. alleg. lib. 3. c. 4. Coter. lib. i. c. 13. & 14. Bocer. lib;
i. c. 8. n. 18. Illud obiter adjiciendum puto, q. Electores nostri
nō debeant more mercenariorum militum, regib. inservire,
cū ipsis equiparetur, Schrad. de Elector. orig. in proœm. P. Albin.
bifor. Miſn. p. 1. t. 16. Quales a. eligendi, manifestum erit, si se-
quentia notemus, muliebria si tractant à castris longè dispel-
limus Caff. p. 9. confid. 27. Veget. lib. i. c. 7. degenerat namq; à ro-
bore ac virtute miles adsuetudine voluptatum Tacit. lib. 2.
fortior è fragroso venit miles. Unde fabros ferrarios, carpen-
tarios, aprorumq; venatores sociare convenit militiæ, Caffan.
d. loc. commendantur militari virtute populi potissimum
Septentrionales, & nostri Germani, Auffmunterung der ed-
len Teutschen/ Hieronym. Valent. de Cantoral. in suo tractatu
bellico. Et quanquam Justinus lib. 26. & 29. de Gallis scribat,
nullum fermè sine lis in Græcia fuisse bellum, dicit tamen
Polybius 2. bifistoriar. quod primò saltem valeant impetu, po-
stea verò animis labascant, Ætate sint vegeta & alaci, quæ
apud Romanos, in minore definiebatur septedecim, Arift 8.
polit. 4. Menoch. conf. 102. n. 41. & seqq. lib. 1. Plutarch. in vita
Gracchi. Anton. Riccolon. ex fragment. bifor. Salvius pag. 168.
in majore quadraginta sex annis. Fridericus Imperator in
§. constitutionum de 'duello agens, constituit, ne sexag-
inta annis major & viginti quinque minor teneatur per
seipsum pugnare, de qualitat. & etat. pugn. in usib. Feud.

Moses jubebat omnes Israelitas vigesimum etatis annum excedentes militiam adscribere *Num. 1.* Ut ut sit, discretioni prudentis Ducis, hoc quicquid est, relinquendum existimo, Tyroneum querat, si veteranum non habet; Non n. ita claudenda nostra militia, ut eam latius aperire non possimus, neque ita referanda, ut omnibus pateat, *Coteraus lib. 1. cap. 14.* consule *Augerium Gislenium à Busbequo consil. de re milit. contr. Turc. insit.* Cæterum hic admonendum, ne externis potius, quam propriis militemus copiis, auxiliares enim ex diversis locis conducti, nec disciplina inter se, nec affectione cōsentiant *Franc. Patric. lib. 9. de Repub. tit. 3.* sine pudore flagitiis, sine cura Ducum abeunt, fugiunt *Tacit. 1. annal.* non juberi, non regi amant, verum cuncta ex libidine agere *Tacit. 4. Hist.* Si tamen iis necessitate suadente utendum, prospicere omnino debet Princeps in conducendis, quos advocet, num sint probatae fidei, & an illis se suosq; turò comittitere possit, ne sentiat id, quod olim Romani Imperatores, ut valeas. Is n. cum Gothos in Thraciam secedere promisisset, atq; omnes serè stipendiarios milites sibi fecisset, ut rebelles & finitimos vinceret, tandem illi Imperium occidentale invaserunt, & orientale deprædarunt, *P. Gregor. d. lib. 11. c. 3. num. 4.* quare cautè aget, si cum quibusdā sibi probè cognitis foed' pangat, ut habeat, quibus hoc tempore uti possit. Ubi observet, ut loca in quibus foedera ejusmodi percutiuntur, silentio semper involvat, ne iis eveniat, q; Carolus V. Smalcaldiæ minitatus est, præsentissimum sc. interitus periculum, *Warem. de Erenberg. de foeder. c. 2. n. 40.* Sed num ex populo planè infideli, veluti Turcis, Sarracenis preuentre foedere Princeps Christianus milites sine peccato cōscribere possit? acriter & operose inter Carolum V. & Franciscum I. Gallia Regé fuit disputatum, cum n. hic auxiliariibus Turcarum uteretur copiis, quem fuit num recte? Frid. Schenck à Tautenbergk *in c. un. in pr. tit. bic finitur lex.* & Jacob. Typotius *orat. 2. Turcica pag. 117.* in totum negativæ adhærent; Ait Bocer. *lib. 1. c. 8. n. 16.* putat, quod si de horum fide & cōstantia in promissis cōstet, licet ex iis milites colligantur, exemplo Abrahami *Gen. 14. Machabæorum 1. Machabeor, cap. 8.* David 2. *Reg. 5.* cui &

Q nos

nos suffragamur. Quod enim quis ob tutelam corporis sui facit, jure fecisse videretur *l. scientiam* 45. §. qui cum alter ad *L. Aquil. L.* ut vim. de *I. & I.* Et ignoscend ēest ei, qui qualitercumque sanguinem suum redemptum cupit *l. i. de bon. eor. qui ante. sente.* Modus conscribendi fit vel deliberato vel ex improviso, *Schönbörn. d. L. 6. cap. 12.* quando deliberatē, conquisitores emituntur, quorum nōne leve est officium *Veget. lib. 1. c. 7.* hi signo publico, puta rubā vel tympano dato ad expeditionem milites allicitant; allectisque in futuri servitiū tesseram stipendiī partem erogant; quando ex improviso, vel per pulsū Campanæ, per sonitum fulminalis machinæ, vel alio modo colliguntur. *Schönbörn. d. loc. apud Romanos,* si subitum inguebat bellum, is qui ducturus erat exercitum, ibat ad Capitolium, & ibi duo vexilla, roseum & cæruleum proferens, illo pedites, hoc equites vocabat his verbis, qui vult salvam Rempub. me sequatur, *Guido Pancirollus rer. memorab. tis. de morib. in bello usitat.* (c) lustrantur & probantur milites ab his, qui probandi jus habent, *l. i. C. qui mil. poss. lib. 12.* probare autem potest Imperator *l. 17.* *C. de re milit. l. 9.* *C. de divers. offic.* nonnunquam etiam magni militum, spectabilesque duces *l. pen.* *C. de re milit. Coterau lib. 1. cap. 3.* Hodiē hūncastum, quem vocant militum probatorium die Musterung / expediunt commissarii militares, quos omnia pro sapientia & dignitate oportet præcognoscere, atque idoneos in militiam adsciscere *Cotar. d. loc.* ineptos autem rejicere *Schönbörn. d. lib. 6. c. 13.* *Veget. lib. 1. c. 8.* *Bocer. lib. 1. c. 9.* Adpositū hicquætitur, si nobilis, qui equis inservire & in lustratione & militia, secundum numerum adscriptum & solitum comparere tenetur, forte neget, se tot equis obstrictum, neque id litteris investituratum doceri possit, quomodo veritati consulendum? Ex registris lustratoriis vel codicillis militaribus *Tban. lib. 45.* Musterregistern/ item metatoris schedulis Quartier desimi debet probatio, delectu n. factō liquet, quot equis vasallus comparuerit vel alias, cum à domino ad servitia officialia & obsequiosa fuerit requisitus, & tot obligatum inde conjicitur, *Knich. de Territor. jur. c. 3. n. 366. & 367.* (d) tenentur milites probatoria facta, antequam in numerum recipientur, jusjurandum præstare, quo jurant se omnia strenue, quæ Imperator

C 3

præcepe-

præcepit facturos, nonnunquam militiam pro Repub. Romana deserturos. *Veget.* lib. 2. c. 5. aut si quæ alia articulis militibus comprehensa exsecuturos. *Sönb.* d. lib. c. 14. hoc antiquitus ipsis militibus erat voluntarium; nam inter se ex fœdere voluntario jurabant, se fugæ atque formidinis causa non abitueros neque ex ordine recessuros, nisi teli sumendi aut hostes feriendi aut civis servandi causa. *Liv.* lib. 22. *Cicer.* lib. 1. c. 6. *Acas.* *Enenk.* de privileg. milie. lib. 2. privileg. 16. n. 33. posteà quod nunquam anteà factum, milites à tribunis militum, à voluntario sacramento ad legitimum jusjurandum avocati sunt. *Ayala* lib. 3. c. 5. Vocantur hi milites juramento adstricti, auctorati, q. obæstrati hoc est, ære stipendiario devincti, ac jam non sui arbitrii, *Veget.* d. lib. 2. cap. 5. de variis juramenti ritibus consule *Liv.* lib. 2. & 5. *Tacit.* 15. annal. *Cicer.* d. c. 6. *Dn.* *Hilliger.* p. 2. *Donell.* *Enocl.* lib. 24. c. 13. lit. E. in not. &c. c. 21. lit. Z. in not. cum ibid. E allegat. *Vincent.* *Castellan.* de offic. Regis. lib. 2. cap. 64. (e) distinguuntur milites variè, alii sunt majores, alii minores l. ult. §. jubemus. *C. de locat. conduct.* majores sunt magistri & præpositi militum cæterorum, veluti dux sive Imperator militæ & cæteri præpositi duce inferiores, ut præfecti legionum, præfecti cohortium, præfecti alarum, tribuni legionum, cohortium &c. *Bocer.* lib. 1. cap. 8. l. 3. §. ult. L. omne delictum. §. 1. & §. penult. de re milit. minores sunt gregarii. Alii sunt ordinarii, alii subsidarii, Ordinarii, qui conducuntur à Principe, & sunt vel certis locis regni adstricti, veluti limitanei, qui limitibus tuendis præsunt, præsidarii die in der Besitzunge stegeri / & prætoriani, quos princeps circa se habet; vel in domiciliis relinquentur, ita tamen ut bello exorto ad postulat: onem principis armis sint expediti, subsidiarii, qui necessitatibus tempore ordinariis adjunguntur, iisque vel domestici vel externi. *Schönborn.* cap. 15. *Keckerman.* tab. politic. 26. Officiarii militum aut totum exercitum spectant, aut ejus partes, qui totum; sunt vel occulti vel aperti, occulti, ut exploratores & emissarii; aperti sunt post ducem & ejus legatum, Den Feldherrn oder Feldobrissten / vnd den General obrißten Leutenampt/ Consiliarii milites, Kriegsrath/ supremus excubiarum præfektes, obrißten Wachmeister / Artolorymeister / Profoß / Feldwebell / Wagenmeister / Pro-

Proviantmeister / Quartiermeister / Fohrirer / Musterschreiber / Feldscherer / Huhrenwebell / Steckenfnecht / &c. Andreas Reuter in seiner Kriegesordnung pag. 7. & seq. de officio uniuscunque vide omnino Obrecht. disp. de milite. disciplin. ubi exacte de multis. Partes exercitus spectant, sunt magistri equitum, ejus vicarius, praefectus equitum, equestris metator, equestris praefectus rerum capitalium, Scriba praefecti equitum, Tubicines equitum & tympanistæ, lixarum ductor &c. Schönbörn. d. lib. 5. cap. 15. ubi de his officiis late. (f) Aliter exercitus jure scripto, aliter ex consuetudine distribuitur, jure scripto distribuitur in legiones & optiones l. 2. §. exercitum. de his quinot. infam. junct. l. ult. C. de locat. conduct. legiones in varios distribuuntur numeros, veluti cohortes, alas, centurias, decurias, Bocer. cap. 12. num. 8. Obrecht. pag. 1. de princip. belli th. 815. & seqb. Ubi de subdivisionibus. Optiones sunt auxilia fœderatorum, quæ legionibus in acie junguntur, ut iis præliandi magis administrulum, quam principale sint subsidium. l. ult. ibi sub diversis optionibus fœderatorum C. de Locat. condit. N. 116. & ibi Cujac. Veget. lib. 2. cap. 7. & 8. Ex consuetudine exercitus distribuitur in regimina, equitum petrum & illorum, qui rem armamentariam tractant, de quibus vid. Schönbörn. Bocer. Obrecht. Fronsberg. & alios. (g) pertinent ad hanc classem, fabri lignarii, ferrarii Chirurgi, Marchetenner / Committimeler / &c. Veget. lib. 2. cap. 11. & 12. Pastores seu clericos bello interesse non posse, superius quidem dictum fuit, sed id cum hac limitatione intelligendum, si intersint ut pugnant, si tamen ut concionentur, tantum abest, ut à bellis Theologi abesse possint, ut vel maximè interesse debeant, tum ratione doctrinæ, tum ratione confirmationis, Dn. Sagitt. dec. quest. polisc. de bello quest. 2. adde Recess. Imper. de anno 70. tit. Von des heiligen Reichs Reuter Bestallungen §. item, Es sollen sich auch 45. Huc referuntur mulieres focariae, quæ si hodiè exemplo Romanorum ab exercitu submoverentur, non sic evirarentur & enervarentur milites. Si olim castra intrare prohibetæ sunt sceminae, Deut. 23. cur nostro tempore easdem cum Cornelio Scipione non ejiciamus, Flor. lib. 2. c. 18. Vide tamen, quæ habentur apud Cotera. lib. 7. c. 2.

Subjectus

*Subjectum occupans est hostis, (a) quo
præsente actus instituuntur bellici; unde ca-
stra locantur, (b) excubia (c) constituun-
tur, tessera & vexilla (d) adornantur, mu-
nitiones (e) obſidentur (f) &c.*

A (a) Hostis est, cui solenniter bellum indictum est *l. 118. de Verb. Signif. Gail. P. P. cap. 4. num. 7.* seu qui habet Rempub. Uriam, ætrium consensum & concordiam civium & rationem aliquam, si res ita tulerit pacis & federis *Cic. 4. Philipp. 13.* Cum latronibus itaque & privatis bellum non est, cum hi jure hostium non censeantur *Paul. Bus. de Repub. lib. 3. c. 3. Alb. Gentil. de jur. bell. lib. 1. cap. 4.* haec tenus scilicet, dum in eadem causâ manent, *Quod si enim publicam adipiscantur causam, jura hostium legitimorum consequuntur Bodin. 1. de Rep. 1.* Idem de subditis sive alienis sive nostris dicimus. Jus enim Reipub. non habent, maximè cum nemo delinquendo fiat preciosior *l. 63. ad l. Falcid.* & nullus rebellando se subtrahere possit à subjectione *Bl. 3. consil. 96.* Quam ob causam Carolus V. legatos ducis Mediolanensis sibi subditi & bellum machinantis carcere conclusit, uti ex Bodino *1. de Repub. c. 6. refert Ampliss. Dn. Arum. ad Aur. bull. cap. 1. quest. 4.* Et Johannis Friderici Electoris Saxonis & Philippi Landgravii Hæssiæ Legatis ad se missis loco muneris & aurei torquis laqueum militatus est, eò quod rebelles essent, *Sleidanus lib. 17.* Sed nuna-

Q rectè docuit Dn. Hortleder, *diff. de justit. bell. German. politicis Imperialib. Goldasti circa finem inserta.* (b) De horum metatione, forma & figura, & quæ observanda in illa multa collegit *Alex- and. ab Alexand. lib. 1. genial. dier. Veget. lib. 1. cap. 22. & 23. plura Ranzov. lib. 2. cap. 2.* Quid in Persia olim circa castrorum metationem fuerit observatum, tradit *Keckerman. diff. politic.*

C extraord. 1. th. 11. (c) Castris metatis excubiae, circa eadem ponendæ, quæ sunt vel diurnæ vel nocturnæ, utrasque milites per vicem subeant. Dux autem curat constitutos subinde visitari vigiles, cæque de causâ tesseras militares in circuitione ab ipsis

ab ipsis accipiat, quod Romanos sedulò observasse ait *P. Gregor. de Repub. lib. 6. cap. 9. Sct. 9.* Has primus in bello dedit Palamedes, *Phn. lib. 7. naturalis hist. c. 56.* & plerunque fuerunt uno verbo datae, ut laboremus, militemus, aut verbis coniunctæ, ut in castris Cæsarlis, Venus genetrix, in Cn. Pompei, Hercules invictus, in Antonii Lardeus &c. *Godech. Sct. Wech. ad lib. 3. Veget. c. 5.* Hi autem vigiles si desides in suo officio apprehenduntur, capitali supplicio subjungantur *l. qui excubias. de re milit. necnulla est negligentia venia Veget. lib. 3. cap. 5.* quocircā Epaminundam Thebanum laudant, quod cum in magno periculo vigilias circumiret, vigilem, quem dormientem inveniat, gladio transfixerit adserens, mortuum hominem inveni, mortuum reliqui. *Francis. Parric. lib. 9. tit. 3.* Hispani non militiori negligentes adficiunt pœnā, dum in statione dormientem de muris vel saxo, in quo excubat, præcipitant *Ayala de jur. bell. lib. 3. c. 17. num. 3.* *Coter. lib. 1. cap. 37. (d)* In his varia D deprehenduntur signa, Vexillum Persarum quondam insignibantur aquila aurea pinnas extendente, longæ hastæ præfixâ *Xenophon. libr. 7. in Cyro.* Constantinus crucis signo pro feli-cissimo usus est vexilio *Pet. Gregor. de Repub. libr. 11. cap. 3.* Franci in prælio gestant crucem albam, Burgundi rubeam, eadem contra Francos utuntur Angli, contra Scotos autem rosas, Scotti verò cruce alta; Veneti leone, Svevi ursō, Senenses lupā, Neapolitani asino clitellâ onerato, Romani aquilâ, *Cassan. in Catalog. glor. mund. pag. 1. conclus. 17.* David gerebat Leonem, quale etiam fertur fuisse vexillum Judæ in deserto, Ruben habuisse dicitur figuram hominis, Ephraim bovis, Dan. aquilæ &c. *Pet. Gregor. dict. loc. cap. 16. § 17.* Hæc vexilla si gestantes amittebant, aut virgis aut securi percutiebantur *Liv. lib. 2. Henrict. Salmuth. ad Guidon. Panciroli. lib. 1. rer. memorab. de moribus in bell. usitat. pag. 598. (e)* quæ sunt loca vel E natura vel arte, vallo, aggeribus, fossis, aquis, muris, propugnaculis in communem incolarum regionis salutem ac tutum contra omnem vim externam refugium munita, Conrad Dieterich / *discurs. de munit. & propugnac. membr. 1.* dicuntur alias munimenta, fortalitia, castra (vocabulo in fin-

gulari nostro accepto, numero enim plurali locum significat,
ubi milites tectoria figunt eodemque sensu accipitut à Mo-
destino l. 3. §. emenſor. de milit.) item Castella, Germanis eine
Festunge/ ein Castell / eine Schanz/ ein Wallwerck / Rontell/
Pastey/ &c. Hæc an extuendæ queritur? Machiavellus libr. 2.
diffut. politic. cap. 24. curiosè magis, quam fructuosè, nullas in-
regno erigendas disputat, nos melius edicti contrarium ad-
severamus, & sacrâ historiâ & naturâ consentiente; illâ; quia pii
Reges varias munitiones urbium extruxerunt, 2. Chronic. 11.
vers. 5. & cap. 14. vers. 6. 7. 8. cap. 17. vers. 2. 12. 13. 19. cap. 27.
vers. 3. 4. cap. 32. vers. 5. hâc, quia & bestiæ sua lustra habent, &
apes in securioribus locis nidos constituunt Veget, lib. 3. cap. 1.
Conrad Dieterich discl. loc. quest. 1. Renuſ. 2. Stratag. 26. Fran-
cisc. Patric. lib. 8. de Repub. cap. 4. Jun. politic. quest. 64. pag. 2.
memb. 2. add. Clapmar. de arcan. Imper. lib. 3. cap. 7. Imò non-
solum ob hostium incursum, verùm etiam ob crebras populi
rebelliones arcēs constituendæ, quemadmodum Fridericus
Marchio Brandenburgensis Anno 1440. fecisse legitur, qui cum
cives Berlinenses in suum tumultuantur magistratum, im-
posuit urbi arcem frenum libertatis, Cranzius lib. 12. Wand. cap.
10. quamvis interim non negem, consultius esse paucas in di-
tione habere munitiones, Ranzov. problem. bell. operi suo adfixo.
In extructione autem harum cumprimis requiritur, aëris salu-
bitas, loci commoditas, naturalis rei militaris inserviens secu-
ritas, agrorum fertilitas & aquarum oportunitas, de quibus &
similibus ad constructionem munitionis, ut & de materia, ejus-
dem præparatione, forma, aliisque ad aggerum Dammme/ Ca-
torum Kazen/ Vallorum Wälle/ Pomæriorum Brügger/
Streichwehren/ pectoralium Brustwehren/ Gordien/ tutu-
minum Schanz/ oder Läuffgraben/prætenturatum Schanzen/
omniumque membrorum erectionem pertinentibus latè &
eleganter disserit Conrad Dieterich loc. allegat. ad quem lecto-
rem brevitatis cauſa ablegamus, id unicum saltem addere

Q animus est, num consultum sit in munitionibus, quandoque
Academias & Universitates erigere? primâ fronte id negan-
dum videtur; cum nequaquam exteris nationibus quales in-

Acade-

Academiis confluere solent, liberum in munitionibus hospitium sit permittendum, ne hac ratione arcana earundem cum aliis ad perniciem urbis communicari possint, Pet. Gregor. lib. 11. cap. 3. num. 6. aut etiam eruptione militum facta in eorum consortium pertrahantur, & innocentes variis periculis, ut in tumultibus Argentinæ, haut ante multos annos ortis, implacentur. Sed his non obstantibus verior videtur adfirmandum opinio, tum quod studia requirant loca tutissima, tantum quod multa in munitionibus occurrant singularia & cognitu Studiosis necessaria, maximè illis, qui vel olim militiam sectati, vel Reipub. gubernacula captare satagunt, præsertim cum ipse etiam Imperator id militiae & armorum studium juris Studiosis commendet in procœm. Instit. Et hujus rei exempla non desunt, quam plurimæ enim in Germania in munitionibus Academiæ sunt fundatae, ut Witebergensis in Saxonia, Argentiniensis in Alsatia, Viennensis in Austria, Lugdunensis in Hollandia, Ingolstadensis in Bavaria, Giessensis in Hassia. (f) Circa obſeffionem notanda venit, 1. instrumentorum, de quibus etiam supra, præparatio, ut sunt scalæ, tormenta muralia Mauerbrecher, tormenta campestria, das Feldschühe, Feldschlangen, Scharfsmezen, Basilicæ, Singerin, Mothschlangen, Schlange, Falckenett, Doppelhacken, Handrohr, Halbe Haken, Pechring, Feuerkugeln, Sturmhäffen, Steinkugeln, Eiſern Kugeln, Kugeln mit ausfahrendem Feuer, Schanzkörbe, Brücken, Dielen, de quibus passim Andreas Rüter in seiner Kriegesordnunge, 2. aluminum ab obſeffis avertio, aut ut nuperrimis annis Brunsvigæ factum, eorundem auctio. 3. auxiliorum interceptio, 4. in obſeffos impressio, 5. munitionis per subfōſſiones & cuniculos subversio &c. Schönborn. c. 21. & 23. Ranzov. lib. 4. cap. 1. & multis seqq. Vincent. Castellan. de offic. Reg. lib. 2. c. 85.

VI.

*Et quoniam omnes isti belli apparatus
sine consilio raro felicem sortiuntur, exi-*

D 2 tum,

tum, iisdem cum directis (a) tum obliquis (b)
opus est.

A (a) Bellica nemo foris promit feliciter arma,
Consilium si non sit prius acre domi,

Job. Lauterb. Epigr. lib. 2. quod ut scitum, ita verissimum,
quicunque enim consilio non utitur, is salubriter ex sententia
Polycratis gubernare nequit Ware. de Erenb. de feder. c. 1. nn.
97. quod consilio disponitur, id ad beatitudinem imperii re-
dundat I. humanum. C. d. II. I. dubium non est 3. C. d. repud. mul-
torum calculis jam dudum confirmata est sententia Periclis,
tutius esse, imò praeclarus, ingenio hostem, & ratione, quam
ferro vincere, quocircà ad bellum fructuosè gerendum omni-
nò adhibendi consiliarii, præsertim nobis Germanis, qui audi-
re cogimur illud Bartol. Gregoriani, nos armis quidem opti-
mis, & animis militare pessimis Everh. à Wesb. in suo problem.
regio. Hi sint, qui vitæ honestioris meritis, peritiæ atque eru-
ditionis laude, nec non experientiæ commendatione alios an-
tecellunt I. penult. C. ad L. Jul. repet. Lips. 3. politic. 3. & seqb.
omnino Hippolyt. de Collib. in suo consiliario & Schard. de consi-
liis & Consiliariis princip. quæ dotes, quamvis in semibus ple-
runque conspicuæ esse solent, & nisi cum pridem, de renunciat.
Traq. de jur. primogen. in prefat. numer. 153. Johan. Baptif.
Lencus observ. polit. 325. quin tamen iis juniores, vel ob hanc
rationem, ut paulatim instruantur & bellicam cognitionem
addiscere possint, addi debeant, planè non dubito Pet. Gre-
gor. libr. 24. de Repub. cap. 6. Sect. 2. Gerhard. decis. 4. quæst.
politic. 3. Cæterum Dux bonus ad exemplum Caroli V.
quid fieri velit, cum multis communicet, quid facturus, cum
paucissimis, vel potius ipse secum, Veget. libr. 3, cap. ultim.
Est enim consiliorum anima, secretum, Johann. Baptif. Lenc-
cus observ. 218. Et nulla consilia meliora, quam illa, quæ igno-
rat adversarius Val. Max. lib. 3. c. 26. è contra hostis in omnibus,
si fieri potest, exquirat propositum, Bocer. libr. 1. c. 15. n. 14. nulli
auro, nullis ea in re sumptibus parcat Ranzov. libr. 2. c. 4. sed
hoc à nostratis bus hodie negligi, conqueritur Comes Tarnovius
in sua

in sua de bello Turcicō disputatione. (b) Qualia sunt strata- B
gematas, quorum usum in bellis frequentissimum esse, nemo
it inficias, Sed num jure admittantur, dubitatum accipi-
mus; *Georg. Lanterbach.* in *Regenreinbuch lib. 3. c. 4.* ea planè Q
rejicit, nos in hac quæstione cum Dn. Sagittario d. dec. 4. sic
distinguiimus. Aut fides data his frangitur, aut non; si fran-
gitur, his uti non licet, nec enim utimur jure Turcarum, qui
dormientem inter vivos non referunt, & sic magnum quen-
dam necarunt, cui vita ex promisso & jurejurando tyranni
fuit tuta, *Valer. Max. lib. 9. c. 2.* nec Persico, qui cinere suf-
focant, quos non vi, aut veneno per pactum possunt, *Alber.
Gentil. de arm. lib. 1. c. 13. pag. 83.* si non frangitur, utique
illa sunt concessa. Hæc autem hauriet Princeps tum ex hi-
storiis Romanis, Græcis & aliis, tum ex illis Scriptoribus,
qui ex professo hanc materiam tractarant, ut sunt ex veteri-
bus Frontinus, Polyænus, hodiè tum alii, tum præcipue Ranzovius in peculiari de stratagematib. lib. & in suo Com-
mentario bellico, & Elias Reusner. qui varias furtorum bel-
li rationes accuratissimè explicant, quibus uti possumus in-
acie, in castris, in itinere, in oppugnandâ urbe, in propug-
nandâ, in fluviis transmittendis, angustiis evadendis, com-
meatu parando, literis celandis, transferendisq; holtibus
tenendis, nostris animandis, & si quæ alia ad militarem re-
quiruntur astutiam. add. *Alphons. Alvar. in spec. summ. Pon-
tific. c. 43. Vincent. Castell. lib. 2. de offic. Reg.*

VII.

*His ita constitutis, subsequitur confit-
ctus (a) & tandem vel tristis subactio (b)
vel sperata victoria (c) & triumphus. (d)*

(a) Ante hunc ut plurimum solent præcedere tractatus A de pace sub certis conditionibus ineundâ, qui expediuntur per legatos, de quo jure & officio vide quæ summo studio ex auctoribus variis delibarunt Alb. Genitil. Kirchnr. Fr. le Vayer. Octavianus Magius, Pascalius de legat. Hic an die feriato insti- Q

tui possit, quæri solet? & licere ait Boicer. lib. 1. c. 15. nn. 16. si necessitas summa id exigat, aut præsentis victoriae spes ad pugnandum invitet, cap. si nulla 23. queſt. 8. Acac. Enenkel. de privileg. milit. lib. 2. privileg. 3. num. 6. Dn. Hildig. p. 2. Donell. Enucl. lib. 24. cap. 7. lit. V. in notat. quo autem loco, quo ordine tractat Ayala de jur. Et offic. bell. lib. 2. cap. 9. Ranzov. lib. B 3. cap. 1. Job. Cbecus de bellic. appar. Leon. Imperat. (b) Quando subiguntur hostes, ad foedera fæcita firmando, vel infidei pignus solent obsides dare, Gau. 2. de P. P. c. ap. 2. num. 10. hi an de bonis in obsidione quæstis testari possint, ambigitur? negativæ videtur verior, per l. obsides 11. de tefam. milit. exemplo eorum, qui apud hostes sunt, l. ejus qui apud hostem. 8. eod. nisi vel impetraverint hoc beneficium. d. l. obsides. aut civibus adscripti fuerint, ut tradit Marianus in l.

C sed si accepto 32. in pr. de jur. fisc. (c) Hostibus devictis, in id toti simus, qua ratione pacem perpetuam inire possimus; Joban. Baptif. Lenc. polit. obs. 93. nihil enim prodest, in devincendis hostibus magnum esse, si acquisita tueri non potuerimus, Ayala lib. 2. cap. 13. num. 1. Imò in ipso bello paci studendum, nec expectandum, donec atrati eandem petere cogamur; nusquam enim minus, quam in bello evenitus respondet, Guicciardin. lib. 1. sèpè mars spoliantem jam

Q & exultantem perculit ab objecto, Cicero pro Milon. Est autem pax conventio publica perpetuò ab armis sistendi, Busius disp. 10. tb. 1. Hanc num Dux belli, exercitusve pro arbitrio cum' hoste constituere possit, à variis mota est quæstio; quod non possint, nobis arridet, tum quia iniquissimum est, alterius pacis alterum obligari invitum, l. i. in pr. de alien. jud. l. quo tutela 73. §. fin. de R. J. juncta l. seq. tum quia sola Majestas bellum & pacem facit, Peregrin. de jur. Fisc. rubr. 1. n. 15.. Sixtin. de Regalibus c. 2. n. 7. Cabotius 2. disp. 15. Ayal. 1. c. 7. n. 5. quod treugas sive inducias, quæ sunt, cum in breve & in præsens tempus convenient, ne invicem se lacestant, l. 19. de captiv. pangere possint, nullus facile negabit, Busius d. disp. 10. tb. 19. nam nec pacem constituunt, nec bellum tollunt, Thoming. confil. 13. num. 185. plura de pace, quomodo constituantur, violetur, & quis eam violasse dieatur, defq; vio- lantium

lantum poena, & an violâte uno, alteri quoq; violare liceat,
discutiunt passim *Dd.*, *Hippol. Marf. sing. 503.* *Mysing. consil. 21.*
Gail. de P. P. lib. 1. cap. 4. *Viv. lib. 2. opin. 223.* Item an & quatenus poena pacificationi inserta committatur, quando is
qui contra pacis conditiones agit, prætendit id ex novâ cau-
sâ fieri, *Harm. Pistor. q. 17. lib. 1.* *Facbin. lib. 2. consil. 53.* *nu. 1.*
2. Et num præmissioni dicatur contravenisse, qui glandem
è sclopeto projicit, nec tamen tangit *P. Caball. resolut. crim.*
152. quæ problemata & similia, si præpositi nostri immemor
essem, hic uberrimè tractari possent, interim videndum,
quid pauci adducti his de statuant. De variis pacis ineundæ
ritib, *consule Coteræum de jur. milit. lib. 3. c. 21.* Post victoriæ
ademptam, sunt, qui probarunt severitatis exemplum in vi-
ctos; rectius alii misericorditer se gerendos existimarunt, &
plus posse clementiam & benignitatem, quam trucē & atro-
cem vindictam arbitrati sunt, *Ranz. lib. 6. c. 10.* quapropter et-
iam Imperatores laudatissimi captos poti⁹ servare, quam oc-
cidere voluerunt, *S. servi Inst. de jur person.* Et Agesilaus Lace-
demoniorum Rex crebrò admonuit suos milites, ne captivos
ut facinorosos cruciarent, sed ut homines servarent, & cur
non? interest n. hominis hominem affici beneficio propter
naturæ cōmune vinculum, ut nefas sit hominem homini in-
fidari, *l. 3. de J. & J.* non dicam, quod sat severè tractentur,
quando jure belli in servitute detinentur, ubi vel statim, nisi
redierint, mortuis per fictionem *l. Cornelij adnumerantur,*
l. 1. C. de postlim. vel lieet interdum postlimiō statum pristi-
num recuperant, *l. boites 24. de captivo.* & postlimiō interea tamē
variis expositi ibid. sunt periculis, de quibus aliisq; huc spe-
ctantib, latius ut tractem⁹, vetat nostra inscriptio. (d) Jus tri- D
umphandi olim nō concedebatur, nisi quis quinq; hostium
millia unā acie occidisset, *Matth. Steph. lib. 2. p. 1. c. n. 33.* ubi n.
seq qualis apud Romanos triumphandi mos fuerit. Dabatur
etiam corona obsidionalis iis, q; obſessos liberabant, eaq; erat
è gramine facta, q; in loco intra quē clausi erāt, generabatur,
Plin. lib. 22. c. 4. in tantum a. olim observabatur triumphandi
festivitas, ut Cn. Fulvio triumphi honorē recusanti exilium
fuerit indictum, ut testatur *Valer. Max.* insolentiam enim
puta-

putabat gradum publicorum honorum superbè contemne-
re quèm à majorib[us] gravi consilio ad virtutis æmulationem
constitutum quilibet sciebat, *Obrecht. de miüt. disciplin. lib. 856.* n[on]emini tamen, si contra piratas, servos aut fugitivos vel
aliud genus hominum Romano nomine indignum bella-
tum foret, tamquam belli causa erubescenda, quamvis par-
tā victoriā, aut hostibus fusis, eversisq[ue]; triumphare licuit,
Ayla lib. 3. c. 20. num. 5. Unde multò minus probari potest fa-
ctum Domitiani, qui more planè ridiculo, non absque cri-
mine falsæ pugnæ, uti olim vocabatur, autoritatis conser-
vandæ spe, falsos triumphos egit, *Clapmar. lib. 3. de arcan.*
Imper. c. 11. plura de triumphandi jure & quo apparatu &
pompæ Romani triumphos egerint, videre licet *apud Valer.*
Maxim. lib. 2. cap. 8. Alexand. ab Alexand. gen. dier. lib. 1. c. 22.
*& lib. 6 cap. 6. & 17. Francisc. Patric. lib. 9. de Repub. cap. 6. Ro-
bere. Vaturium lib. 12. dere milit. Henric. Salmuth. ad Guidon.*
Panciroll. pag. 633. & seqq.

VIII.

*Interim ut timore in sedibus milites cor-
rigantur, in expeditione spe meliores effici-
antur, (a) certi ipsis præscribuntur limi-
tes, ut hos transgressi pœnis (b) debito mo-
do submittantur, fideliter autem dimican-
tes præmiis & privilegiis ubertim fruan-
tur.*

A (a) Hic enim legum finis, vitia emendare & commen-
dere virtutes, *Cic. lib. 1. de ll.* Hominibus probis bene, im-
probis malefacere decet. Et ideo *Cassan. p. 1. de glor. mund.*
confid. 3. duo elementa virtutum esse putat. honoris spem &
pœnæ metum, quod præter alios multis deducit *Jacob. Bor-*
nit. de præmijs in Repub. decern. lib. 1. c. 1. Marq. Freber. lib. 1. c.
ult. num. 16. de glor. Quicunque itaque Dux disciplinam sart-
tam tectam inter milites vult conservare & bonos virtutis
studio

studio devincere, malos pœnis, bonos præmiis adficiat.

(6) In distributione pœnatum rectè quis se geret, si qualia delicta ab iis commissa intellexerit; Sunt autem horum alia cum paganis communia; alia propria. Communia, quale est stuprum, adulterium, furtum, &c. l. 2. de re milit. l. 2. §. 3. de his qui not. infam. ubi sciendum, quod nulla pœna corporalis qb furturn jure civili inter cives statuta sit; ad firmandam tamen disciplinam militarem à militibus in furto deprehensis severiorem exigi convexisse, proditum est. Sic Aufidius Cassius milites, qui provincialibus vim aut damnum inferrent, in crucem egit, Ayala lib. 3. cap. 9. numer. 1. Et Tiberius ob payonem, Tranquill. Sueton. in Tib. Piscennius Niger ob gallinaceum, & Carolus Burgund. Dux ob gallinæ aniculæ subtractum furcâ necari jussit, Hadr. Bârl. histor. Brabant. lib. 2. quòd magis in militibus turpe hoc delictum visum fuit; eò majori curâ Imperatores præcaverunt, ne in eos, quos defendere aliorum bona, non rapere decebat, frequentaret. Hinc apud Romanos consuetudo olim invaluit, ut castris metatis Tribuni omnes tam servos quam liberos ad jusjurandum adigerent, se nihil è castris furto ablatores, sed si quid invenissent, ad Tribunum allatores, Cotera. lib. 3. de jur. milit. cap. 11. pag. 400. Et ut à rapinâ continerentur milites, non licuit longius à tubæ auditu extramimenta excedere, aut à signis abire Ayal. d. lib. 3. c. 11. Samè & adulterium in militibus graviter fuisse punitum, nemo ignorat. Julium Cæsarem libertum suum gratissimum ob adulteratam equitis Romani uxorem pœna capitali adfecisse refert Tranquill. Sueton. in illo. Nec mitior fuit Aurelianus; qui milites, hospitis uxorem violantes duabus inflexis arboribus fune alligavit, ut eò demissio rei utrinque pendentes lacerati interierint Cotera. d. lib. 3. cap. 12. Sed & nudum stuprum absq; crimine adulterii commissum non leviori supplicio vindicasse veteres, testes est Lib. lib. 2. doc. 3. ubi de L. Cantilio recenset, eum propter stuprum Floroniz illatum à Pontifice eò usque virgis fuisse cæsum, ut inter verbera exspirarit. Recentius exemplū, quo militi, quod meretricem comprefserat, capitis pœna contra l. 39. de furt. irrogata fuit, memoriaz reliquit Bernhard. Autunn. in not. ad Jan. Langla. lib. 8. Semestr. c. 7. in princip. E Pro-

Propria, ut est. i. **CONTUMACIA**, quæ aliud quā duci placeuerit, agendo, committitur. Magna pars discipline militaris est, ut milites ad nutum & arbitrium ducis se componant, nihilque agant ejus injussu, *Cotera. lib. 3. cap. 7.* ut maximè res bene cedat *l. 3. §. in bello 15. de re milit.* Et severius animadversum legimus in eos, qui contra imperium in hostem pugnarent, quique revocati tardius præliò excederent, quam qui signa relinquerent *Liv. 8. dec. 1.* Manlius Torquat filium securi percuti justit, quod cum hoste, se inscio provocans pugnaverat, victorumque reportaverat. Idem quoque Posthumium Tiburtium fecisse Romanis scriptores fidem nobis faciunt. Cujus rei plura alia exempla videri possunt apud *Cotera d. loc. Rulant. de commissar. p. 1. lib. 3. c. 2. n. 4. & seqq. & c. 3. num. 3. & seqq.* Non minus autem omittendo, quam committendo miles fit contumax, puta quando DuceM hostibus circum ventum deserit, & occidi patitur, *l. 3. §. fin. de re milit. l. 6. §. fin. eod. Pet. Gregor. Syntagm. lib. 19. cap. 10. n. 6. Ayala lib. 3. cap. 10. n. 4. 2. EMANSIO* cuius reus ille fit, qui diu vagatus sine commeatu ad castra regreditur *l. 3. §. 2. b. tit.* aut ad diem commeatus non venit, *ibid. §. 7.* priusquam tamen aliquid in eum statuatur, copiam ipsi faciendam esse docendi, num forte casibus quibusdam detentus sit, propter quos venia dignus videatur, ibi censet Modestinus. 3. **Emansioni** par ferè est **DESERTIO**; nisi quod in hac longius absentia tempus requiratur, quam in illâ *l. 3. §. 3. b. t.*, quomodo duas has delicti militaris species discriminat *Cotera. lib. 3. cap. 3.* Planè non eam, sed hanc inter desertorem & emansorem esse differentiam, quod hic ultrò redeat; ille reducatur, alias non reditur, juncti *§. 2. & §. 3. d. l. 3.* satis evincunt. Gravius itaque delictum est desertio, quam emansio, & pro circumstantiis punitur variè *l. non omnes 5. in princip. b. tit.* Etsi indistinctè desertorem interfici permisisse videantur Imperatores *l. ult. C. qui lic. un. sine jud. 4. PRODITIO*: hoc crimen incurrit, qui malo consilio partiam relinquat *l. quid sit fugitivus. 17. §. apud Labeonem 12. de Edil. Edict. unde & hostium* numero habetur *l. proditores de re milit.* & ubicunque invenitur, interfici potest, *l. 3. §. ult. ad L. Cornel. de sciar.* Cumque etiam *L. Jul. Majestatis reus fit l. 2. ad. L. Jul. Majest. Gothofr. à*

Bava.

Bavo tract. reat. quæst. 7. n. 47. non obstante militum privilegio torqueri potest l. 3. §. 2. quib. 1. Ayal. lib. 3. cap. 13. numer. 1. Est autem non solum proditor, qui miles transfugit, sed & qui Rempub. ope, auxilio, defensione destituit, & qui id agit, ne miles fiat l. 4. §. graviss. b. t. Et in hunc acrius olim fuisse invectum testatur exemplum Darii, qui adversus Scytas proficisciens, cum Eobasus Persa postulasset, ut ex tribus filiis, unum ei domi relinqueret, respondit, se omnes relieturum, & reliquit interfertos, plura vide apud Cotera. lib. 1. cap. 4. 5. SEDITIO. Valde exoscos ubique esse seditiones, eorumque paenam capitalem, tradit Fisch. consil. 68. vol. 1. num. 1. & consil. 70. n. 19. ut id propter semper in pejorem, quicquid in hoc delicto profertur, rapiatur partem Trentacing. lib. 1. resolut. pag. 245. nu. 9. Huic autem quomodo occurrentum, notat Obrem. de consil. lib. cap. 3. n. 10. & seqq. Ayal. lib. 3. c. 14. n. 8. 6. ARMORUM AMISSIO. arma in bello amittere vel alienare grave crimen semper fuit habitum & capite punitum, l. 3. §. miles b. t. si tamen humanius cum eo agebatur, militiam mutabat d. l. & §. b. t. Henric. Salmuth. ad lib. 1. Pancirolli pag. 599. Et quia arma turpiter amittuntur, postliminiū redire negantur l. 2. §. 2. de captiv. & postlim. Pet. Gregor. syntagm. lib. 19. cap. 5. num. 3. Cotera. lib. 3. cap. 9. Apud Hispanos horum amissio nobilibus infamia notam inurit & nobilitatis prærogativam adimit, Ayal. lib. 3. cap. 16. n. 2. Sed de his satis, latius in delictorum campo exspaciari hac vice prohibemur, cogitet lector ea, quæ ab Ayala, Alberico Gentil. Coterao, Obrecht. Pet. Gregorio & aliis eruditissimè sunt conscripta, delineare materiam hanc non instar tractatus contexere voluimus. Cæterum quia in judicio militari criminum detectio, & paenarum latitat exsecutio, saltem per umbram, quomodo in eò procedatur, demonstrabimus, nihil dicturi de fort militum privilegio de quo, Georg. Acac. Enenk. lib. 2. de privileg. milit. 5. Cotera. lib. 2. de jur. milit. c. 6. Vultei. ad l. 6. C. de jurisdic. & ad l. ult. C. ubi deratiocin. Ayal. lib. 3. c. 8. Requiritur in hoc Schultetus, qui præstito juramento duodecim ut plurimum feligit adseffores, judicii scribam & viatorem, Ge-richtsschreiber vnd Webell/ quorum operâ in scribendo & ci- tando utitur; die statuto judicium punctim ad horam octavam

sub dio peragitur, ac ut quilibet excubias sibi destinatas inter-
rim, aut si quid aliud sibi injunctum observet, tympanorum so-
nitu admonetur; cæteri si judicio spectandi caussa interesse ve-
lint, non prohibentur. Conceditur autem tam actori, quam no-
reto, ut quandam ex his duodecim, si velit, nominet, qui cau-
sse suæ patrocinetur; Cum hoc secreto deliberat, & communica-
tis consiliis advocatus prodit, pétitâque venia vel actionem,
vel exceptionem instituit, testes producit &c. & ne cuiquam de-
fensio, qua naturalis est, adimatur nec inauditus morte con-
demnetur, L. 2. ad L. Cornel. de Sicar. ter idem repetitur judi-
cium. His peractis reus vel absolvitur, vel ad penam gladii, aut
furæ, atborisvè, de quâ per triduum pendet, nunquam tamen
ad patibulum, quod vocant commune, condemnatur, & hoc
dicitur judicium militare ordinarium. In hastato criminali
Germanis, das Spiesrecht, eodem forè proceditur modo. A
principio belli omnes milites jurare coguntur, quod militari
um articulorum transgressores justè punire, nulli affectui in-
dulgere, sed ita judicare velint, ut jus militare præscribit; pro-
pria cōscientia monet, & Deus severus injusticiæ vindictæ exigit.
Indè si quis forte contra unum vel alterum militarem articulū
peccat, die juridico statuto universus, convocatur exercitus,
Vnd wird der Verbrecher dargestalt/vnd endlich vff vorgehen-
des Urtheil vnd Recht durch die Spieße gejager/ da unter des-
sen alle Fendrichen/ so gegenwertig/ ihrer Fahnen Spiken in die
Erde stecken / bis das Urtheil ergangen / als denn erheben sie
dieselbe/vnd lassen sie gegen Aufgang der Sonnen stichen. Ist
er ein Schutz gewesen/ wird er an einer Seulen gebunden/ vnd
von andern/ so gegen der Sonnen ereten/ erschossen. Huc per-
tinet judicium statarium, das Standrecht/ quod præcipue in
caussis notoriis locum habet; Et sicut duo priora tribus die-
bus, ita hoc uno tantum instituitur & peragitur. In diesen
wird keinem Ungehöriger Aufschub/ als wie in andern gestat-
tet/ sondern wo der Articulbrieff gebrochen/ wird er ohne alle
Gnade an einen Baum gehencle/ vnd die Ursache seines To-
des auff einen Zedel geschrieben/ vnd auff die Brust gegen das
Herz gehest. Si caussa capitalis non est, processus variat, Vnd
wird derselbe ein Cammerrechte genennet/ de quibus omnibus
plene.

plenè Andreas Reuter in seiner Kriegesordnung & Obrecke.
de milit. discipl. th. 1174. (c) Hæc vel pertinent ad solum eorum C
decus, ut laudatio, corona civica & statuæ, vel ad utilitatem;
ut prædæ; vel ad utrumque ut corona muralis, Castrensis, na-
valis, torques, armillæ, phaleræ, vestes, adorem, vinum &c.
de quibus Obrecht. d. loc. th. 858. & seqq. Schönborn. lib. 6. c. 37.
Lepsius lib. 5. cap. 17. de milit. Roman. Francisc. Patric. lib. 9. de
Repub. cap. 6. quomodo autem distribui debeant distlerit Scipio
Ammirat. lib. 1. de scip. polst. c. 11. (d) Spectant hæc vel actus inter D
vivos, veleorum ultimas voluntates. Ad prius genus, quæ re-
féruntur, sunt præcipua hæc. 1. Milites si quid damni, dum
absunt, patiuntur, restitutionem intrâ annum utilem habent
l. 2. & c. 1. C. de restit. milit. l. si grandam 15. C. ad L. Jul. de adulst.
quod etiam trahendum ad milites præsidarios & limitaneos
per ea quæ tradit Acacius Enenkel. lib. 1. de privileg. mil. cap. 5. &
lib. 2. c. 4. n. 6. nec non ad eorum heredes l. 1. C. de restit. milit.
Obrecht. d. loc. th. 565. Bocer. lib. 1. c. 19. Cotera lib. 2. c. 10 Muda.
ad tit. C. de testam. milit. Dn. Hilliger. p. 2. Don. Enuel. lib. 21.
c. 5. lit. G. in not. 2. Res militares feriatis etiam diebus peragi & in
judicio administrari possunt l. divus Trajanus l. custodias de pu-
blic. jud. Enenc. lib. 2. c. 3. 3. Militi per procuratorum seu res
eius tractantem vindicatio rei, seu actio quæritur, undè ex mi-
litis pecunia res empta, fit militis l. si ut proponis 8. C. de R. V.
Enenk. privileg. 6. Ayal lib. 3. c. 7. n. 7. 4. Milite indebitum
solvisse querente, is qui accepit pecunias, benè se illas accepisse
ostendere debet l. cum de indebito. 5. l. de probat. Enenkel. dilt.
loc. pr. 6. Ayal. d. loc. n. 8. y. Milites non coguntur inviti testi-
monium dicere l. inviti 8. de testib. Obrecht. de princip. bell. th.
596. Ayal. ibid. n. 5. & Enenk. privileg. 8. quod intelligo si evo-
cati testimonium ferre debeant; si verò ad eos veniatur, testi-
monium recusare non possunt, Dn. Hillig. p. 2. Don. Enuel. lib.
25. c. 16. lit. n. in not. 6. Milites ob omittas professiones, in pœ-
nam commissi non incident, si postea portorium solvant, l. 3.
C. de vestigal. Obrecht. d. loc. th. 586. Ayal. n. 6. Enenk. privileg.
10. 7. Milites quæ focarii sive concubinis donarunt, revocare
possunt, l. si ancillam 2. C. de donat. int. vir. & uxor. 8. Heredi-
tatem aditris solennitates & subtilitates circa confectionem

ipventarii remissæ sunt. l. ult. C. de jur. deliber. 9. Non amplius, quām facere possunt, solvere coguntur, l. miles 6. in pr. & ibi Dd. comm. l. item annis 18. de re judic. Bocer. lib. 1. cap. 19. Obrech. th. 573. Manc. de privileg. milit. n. 274. 10. Arma militum pignoris causa adimi aut alienari nequeunt, l. desertorem. §. miles qui in bello l. qui committit 14. §. 1. de remilit. Enenk. privileg. 21. 11. Milites filiis fam. in castris peculio sui juris & tanquam patres familiās habentur l. ult. in fin. C. ad SCim. Macedon. Bocer. d. c. 19. Et hujus respectu etiam invito patre actionem habent & persecutionem l. miles 4. de Castr. pec. l. errat. 3. C. eod. Vaud. lib. 1. var. quest. 48. Cotera. lib. 2. cap. 11. 12. Milites eorumq; liberi, tormentis non subjiciuntur l. milites 3. C. de qua-
stion. l. honor 5. C. de pœnis l. nullus 4. Ad l. Jul. Majest. Dec. in-
rubr. C. de testam. milit. Obrech. th. 574. Ayal. n. 11. Ad classem alterum, quæ pertinent, hæc primas sibi vendicant partes.
1. Milites liberam testamenti factionem, hoc est, ut quomodo velint & possint, testentur, habent, l. in fraudem 15. §. 1. l. Divus Trajanus 24. l. cum filiis fam. 28. l. ejus militis in fine 24. cum l. seq.
l. Licius 40. in pr. de milit. testam. l. 1. 3. 14. 15. C. & t. t. Inst. eod.
2. Quocirca militari jure mutus & surdus testamentum facere potest, l. 4. C. de testam. milit. Et non saltem sibi, sed & filio, etiam si sibi non fecerit l. in fraudem 15. l. miles ita 41. in fin. ff. eod. Enenk. privileg. 16. n. 36. Cotera. lib. 2. cap. 14. & 15. 3. Hinc et aī quid in vaginali & clypeō literis sanguinis suo rutilantibus adnotaverit, aut in pulvere gladio inscriperit, sub isto tempore, quo in prælio vitæ fortē derelinquit, hujusmodi voluntatem stabilem esse oportet. l. milites 15. C. b. t. 4. Et si ad tempus herede in scriperit, vel alium post tempus vel ex conditione, vel in conditionem fecerit, dubium non est, quin hoc ejus elo-
gium sit servandum l. 15. §. miles l. 19. §. ult. b. t. certi juris 8. C. eod. Infinita alia circa militum voluntatum ultimarum disposi-
tiones, vide quæ tractat Acac. Enenk. Cotera. Obrech. Bocer. dd.

Q. loc. Congruenter, hic disceptanda venit nobis illa quæstio, An milites moderni gaudeant privilegiis militibus jure civili induit? Ex quo labyrintho nos extricemus, si distinctionis auxilium adhibeamus; aut enim milites bella gerunt, actuq; ipsò militant, quo casu privilegia ipsis competere aijmus; aut in castris

in castris non agunt, neque rei bellicae student, ut quidam reperiuntur, equites aurati aurei velleris, periscelidis, Dr Michaelis &c. & eisdem militum privilegiis indignos adseveramus; cessante enim causa privilegii, exolet simul privilegium l. Titia Satio. §. usurpas de legat. 2. l. generaliter, vers. nostamen C.de Episcop. Et Cler. c. cum ceſſante, ext. de appellat. At in his posteroribus causa privilégii ceſſat, quæ fuit, ut pro tutela Imperii omnibus soluti curis expeditissimi, operam armis jugiter & studiosè darent l. militem in fin. C. de prouer. l. 1. de milit. testam. l. milites C. de loc. Et conduct. Francisc. Zoanne. de Roman. Imp. n. 51. Et seqq. Ayal. lib. 3. c. 7. num. 19. Confer. Vaud. 1. quas. 55. Dauth. de testam. fol. 127. Trentacing. lib. 2. pag. 104. num. 49. Et seqq. Mynsing. Respons. 46. nu. 9. 10. 11. dec. 5. Sch. in rubr. C. de testam. milit. Gail. 2. obſerv. 118. num. 2. Wefemb. consil. 17. pag. 1. num. 32. Coronidis loco unicūm ſaltem addere libet. Scimus aliquibus in congregib; ut Patavii, Bononiæ, & nonnullis aliis locis ordinem equeſtreſ literatos quoſvis p̄cedere; hinc quæſitum memini, num jure hanc, quam vocant, p̄cedentiam milites ſibi adrogare poſſint? Si incidentis partes ſubire deberet Caffanæus in Catalogo ſuo Gloria mundi part. 9. conſider. 1. aut Ludovicus XI. Galliæ Rex, qui Carolum IIX. filium noluit literarum ſtudiis imbui, aut Parens Eberharti Comitis Wirtenbergici, qui moriturus consiliarios ſuos jura-mento obſtrinxisse fertur, ne linguam latinam filio diſcendam proponerent, res eſſet in aperto; quippe jam dudum literatis hanc p̄minentiam eripuiffent, vel ex hac unicâ, uti Caffan. putat, ratione, quia in omnibus ferè juris civilis locis, ubi ar-morum & legum fit mentio, ſemper p̄feruntur arma, non ſolum legib. Imp. ut in l. 1. in princip. C. de Justin. Codic. compon. Et in l. 1. C. de Vet. jur. encl. Et in l. tanta eod. Et proceſſ. Inſt. in pr. Verum etiam in legibus JCtorum l. bis honoribus de Vacat. muner. Cæterum si quis citra veritatis p̄judicium hac-de quæſtione judicare velit, evolvat quæſo traſtatum de armis & literis Johannis Lauterbachii ſolertissimum, ex quo quid hac in controverſiâ ſtatendum, facile conjectare poterit, quamvis interim ſuafetim, neutram partem in propriâ veluti cauſâ,

causâ, quicquam de eâdem pronunciare debere, l. qui iurisdi-
citione de jure*sicut*. l. pen. de recept. & tot. tit. C. ne quis in causâ.
Confer Lancelot. Conrad. templ. omnium iudic. lib. 1. cap. 1.
quest. 2. Eliam Rensn. lib. 1. stratag. cap. 1.

Sphalmata præcipua, quæ Dn. Respon-
dente absente irreperunt, & quus lector
sic corriget.

Lit. B. 2. col. 1. lin. 29. pro præterea lege postea, B. 3. col. 1. lin. 27.
concedenda non sunt, & col. 2. lin. 21. lege immorigeri C. 2. col. 2. lin. 17. lege
ut Valens & l. seq. permisisset C. 3. lin. 3. ignoscendum & lin. 19. pro magni
magistri C. 4. col. 2. lin. 8. curiam & lin. 10. piratis D. col. 2. lin. 1. pro no-
stro numero D. 3. col. 1. lin. 32. de quorum.

Christo soli triumphus
& victoria..

